PHILOTHEI

IORDANI BRVNI NOLANI

RECENS ET COMPLETA ARS REMINISCENDI

ET IN PHANTASTICO CAMPO EXARANDI

Ad plurimas in triginta sigillis inquirendi, disponendi, atque retinendi implicitas nouas rationes & artes introductoria.

(***)

INTENTIO AVTHORIS, DE ARTE.

INTENTIO nostra est, diuino annuente numine, artificiosam methodicamq; prosequi viam: ad corrigendum defectum, roborandam infirmitatem, & subleuãdam virtutẽ memoriæ naturalis: quatenus quilibet (dummodo sit rationis compos, & mediocris particeps iudicij) proficere possit in ea: adeo vt nemo, talibus existentibus conditionibus, ab adeptione istius artis excludatur. Quod quidem ars non habet à seipsa, neque ex eorum qui præcesserunt industria, à quorum inuentionibus excitati, promoti sumus per diuturnam cogitationem ad cõplendũ, tum ea quæ faciunt ad facilitatẽ negotij atque certitudinẽ: tum etiã quæ ad breuitatem. Quãdoquidem quæ secundũ viam aliorum requirebant diuturnam exercitationem, intensam attentionem, & quodammodo ab alijs studijs abdicationẽ, adeo vt feliciora ingenia tale studiũ dedignarentur: iam per nos Altissimi gratia adeo facile, illustre & dignum negotium proponitur: vt nemo sanæ mentis sit, qui nedum artem amare debeat: verum quoque toto appulsu atque neruis, in eius studium incumbere. Quandoquidem ars ista adiuuat omnes alias, & ostendit viam, & patefacit aditum ad in-

uentiones alias plurimas. Siquidē ita faciet ad memoriam, vt etiam maximè conferat ad iudicium. Sed quid in laude, & momento huius artis detineor? Successus rem ipsam comprobat. Vnum tantummodo est difficile, vt aliquis hæc ipsa per se ipsum possit intelligere. A docente omnes intelligent. Quod quidem non euenit ex eo, quia nos difficultati studeamus: sed à nouitate rei & celebritate terminorum. Hortatur autem Plato in Euthidemo vt res celeberrimæ atq; archanæ habeantur à philosophis apud se, quæ etiam paucis, atque dignis communicentur. Aqua enim (inquit ille) vilissimo pretio emitur, cùm tamen omnium rerum sit pretiosissima. Idem nos amicis nostris facimus, atque intensius: maiori etenim occasione ducimur quàm Plato in eo proposito duceretur. Idem omnibus ijs, in quorum manus ista deuenerint cōsulimus: ne abutantur gratia & dono eisdem elargito. Et considerent quod figuratum est in Prometheo qui cùm deorum ignem hominibus exhibuisset, ipsorum incurrit indignationem. Cætera quæ in prohemijs & ampullatis exordijs solent proponi, prætermittimus: Sufficit enim necessaria adducere & ea quæ ad præsentis intentionis complementum faciunt.

DIVI-

DIVISIO LIBRI.

HABET præsens negotium vt diuidatur in Theoriam & Praxim. Vtpote in rationem artis, & principiorum ipsius: & præcepta illa à quibus maximè proximeq; operatio proficiscitur.

Theoria habet tres partes. Aliam quæ est de modo inquirendæ artis in gubernanda phantasia & cogitatiua, quæ sunt portæ memoriæ: Aliam quæ est de ratione subiectorum seu locorum. Aliam quæ est de ratione adiectorum seu imaginum.

Praxis verò habet duas partes. Alteram quæ respicit memoriam rerum: Alteram quæ respicit memoriam verborum.

PRIMA PARS THEORIAE.

CAP. I.

Modus & ratio gubernandorũ sensuum internorũ, ad instruendam & construendam memoriam.

§ 1. Ordo potentiarum & organorum.

SATIS famosum est, atque concessum: quatuor esse cellulas, pro quatuor sensibus internis: quarũ Prima, sensus communis appellatur situata in anteriori parte cerebri. Secunda, vsque ad cerebri medieta-

tem, phantasiæ domicilium nuncupatur. Tertia illam contingens, cogitatiuæ domus dicitur. Quarta verò memoratiuæ. Hoc notasse ad præsentem minimè spectat considerationem: præterquam ea de causa, vt habeamus ordinem operationum istarum potentiarũ, ad perficiendam memoriæ operationem:

§ II. Ordo operationum siue actuum.

Ordinantur igitur ita operationes istæ, vt per aliam, ad aliam progredi non valeamus, vsque ad vltimum memoriæ cubile: nisi successiuè incedentes ab vna in aliam eodem ordine, quo per sua organa, & domicilia à matre natura fuerunt institutæ, & ordinatæ secundum situm. Imaginentur enim veluti quatuor cubilia, non quidem sepositа; sed vt altero intra alterum collocato, ita vt in quartum pateat ingressus per tertium: in tertium per secundum, in secundum per primum. Dico in proposito vt nihil ingrediatur memoriam, nisi per atrium cogitatiuæ: nihil cogitatiuam, nisi per atrium phantasiæ: nihil phantasiam, nisi per atrium sensus communis.

Comparatio. § III.

Habẽda ergo ratio est in arte ista eadem cum ea quam naturam ipsam habere perspicimus: vt videlicet ars ipsa & imitetur, & sequatur, emuletur, & adiuuet naturam. Idque ipsum præstet in duobus. Tum videlicet in eo quod faciat res memorabiles.

Tum

Tum etiam in eo quod eaſdem ordinatè memorabiles reddat, atque promptas. Primum efficitur beneficio imaginatiuæ: ſecundum beneficio phantaſiæ. Imaginatiua enim imagines cum rationibus ſuis, phantaſia vero præſertim atque propriè loca atque ſedes imaginum perficit.

CAP. II. §I.

De modo inquirendæ artis, in gubernanda phantaſia.

COgitatiua igitur formatur (vt naturales volunt) per ſpecies non ſenſatas, quæ à ſpeciebus ſenſatis educuntur. Eſt ianua, introitus, & clauis vnica cubilis memoriæ. Vnde eorum tantummodo meminimus, quorum impulſu cogitatio ſollicitata fuerat (dico cogitationē vniuerſaliter dictam in genere ratiocinantum: hæc enim facultas in brutis æſtimatiua dicitur ab ipſis qui ſollemnius philoſophantur) per amorem, odium, metum, ſpem, triſtitiam, lætitiam, abhominationem, delectationem, & ſpecies aliarum affectionum animalium, quibus quidem memoria redditur habilis ad receptionem ſpecierum ſenſibilium: & ſpecies ſenſibiles aptiſſimè actu ab eadem recipiuntur.

Ecce quomodo ſpecies reddantur memorabiles & formabiles. Iuxta quam facultatem ſolam tantummodo hoc nobis feliciter ſuccedit: vt ea quæ vidi-

mus nos vidisse recordemur cùm occurrerint. Alterum necessarium est pro vsu doctrinæ, vt ordinate & ad libitum eadem se nobis insinuent. Et ideo sicut in scriptura extrinseca atque pictura, quæ seruiunt oculis extrinsecis, duo requiruntur: ratio videlicet formæ atque figuræ characterum & imaginum: materia etiam atque subiectum in quo formæ illæ & imagines possint subsistere, manere & perdurare: ita quoque in scriptura intrinseca atq; pictura, quæ seruiunt oculis intrinsecis, duo sunt necessaria. Alterum quod habeat rationem figurarum, imaginum & literarum: alterum quod habeat rationem libri, paginæ, lapidis, atque parietis.

SECVNDA PARS THEORIÆ.

CAP. I. § I

De his quæ faciunt ad Theoriam subiectorum & formarum.

OPortet igitur pro basi & fundamento istius, primo quasi paginam apparare: deinde rationem adscribendorum characterum, & apponendarum imaginum (modum quo alia ad alia referantur insinando) adducere. Facile subinde erit modiocribus considerationibus atque conceptis, ad operationem prodire.

De subiectis: & primo quid sit subiectum.

§. Subiectorum ergo ratio, primo considerandæ occurrit,

cierrit, ante quam promoueamur ad insinanda ea quæ illis adueniunt. Subiectum ergo in proposito nõ sumitur secundum intentionem logicam, vel phisicam: sed secundum intentionem conuenientem quæ technica appellatur, vtpote secundum intentionem artificialem: & est subiectum, non formalium prædicationum, quod distinguitur contra prædicatum. Non formæ substantialis, quod yle dicitur, & est materia prima. Non formarum accidentalium, quod est compositum physicum. Non formarum artificialium inhærentiũ naturalibus corporibus. Sed est subiectum formarum phantasiabilium, apponibilium, & remobilium, vagantiũ, & discurrentium ad libitum operãtis fantasiæ, & cogitatiuæ. Ex quo desumitur ratio seu definitio subiecti pertinentis ad hanc artem in suo genere: quod in suas species eo quod sequitur pacto distribuitur.

De Subiecto quod est præsentis intentionis.

Subiectum vero istud (vt pote quod est aptum iij.
natum ad recipiendas formas memorabiles vt memorandæ sunt) pro commodo esse potest, vel compositum naturale, vel semimathematicum, vel verbale positiuum. Ipsum vero naturale, vel potest esse communissimum, extentum iuxta latitudinem ambitus vniuersi, Vel communius iuxta latitudinem Geographiæ, Vel commune iuxta latitudinem alicuius continentis, Vel proprium iuxta latitudinem politicam, Vel proprius iuxta latitudinem domesti-

cam seu œconomicã, Vel proprijssimum iuxta multitudinem atq; numerum partium domus, & particularum eiusdem.

Tot existentibus subiecti speciebus: ipsæ quæ sunt infra latitudines proprietatis: maximè sunt ad vsum præsentem accommodatæ, licet etiam hæc quæ sunt infra latitudinem communitatis vsu venire valeant. Porro praxis illarum, vnà cum praxi subiectorum semimathematicorum currere potest. De quibus fortasse in regulis practicis aliquid commonstrabimus. Nunc autem consequens est conditiones subiectorum per ordinem enumerare.

CAP. II. § I.

De conditionibus subiectorum.

j. SVbiecta ergo sensibilia atq; materialia (iudicio omniũ qui de hac arte hactenus bene dixerunt) primo quò ad substantiam ita sunt eligenda, vt sint ad oculum sensibilia: quorum. Alia sunt ñaturalia vt lapides, arbores & similia. Alia sunt artificiosa, vt aulæ, columnæ, anguli, statuæ & similia: quæ nimirum sunt vtroque sese habentia modo, vt potè quæ partim natura, partim arte constant.

ij. Quò ad quantitatem eorum continuam, subiecta propria debent esse non admodum magna, ne quasi visum obtundant & dissperdant: nec admodũ parua, ne quasi visum fugiant: sed mediocria ad hominis magnitudinẽ talem, quæ sit iuxta altitudinem eleua-

eleuatorũ & latitudinem extẽtorum brachiorum.

Quò ad quãtitatem discretam, sint tot quot sunt præcipuæ species memorandæ. Modica quidem atque pauca sufficiunt ad rerum & sentẽtiarum memoriam : plurima verò ad memoriam verborum requiruntur. iij.

Quod etiam ad copiam subiectorũ attinet, quoniam aliquando non sufficere solent ipsa quæ ex vna domo vel ædificio desumi & eligi possunt: cõfugiendum est ad actum proportionalem ei, quem scriptores ad oculum extrinsecum facere consueuerunt. Vbi quippe eis pagina vna non sufficit ad integri negotij expressionem, paginam paginæ adnectunt atque consuunt : vt quod tabella nequiuit, liber exprimat. Ita fermè nobis consulitur inpræsenti operatione, vt propria institutione loca communia locis communibus connectamus dum opere nostræ cogitationis, & phantasiæ, ea quæ re ipsa sunt diuisa, disiuncta, & ab inuicem elongata: vniantur, coniungantur, & ad proximentur. Fiat igitur hoc pacto. Fini & termino vnius, adhereat alterius principium vel adherere intelligatur. Nihil enim obstat quominus possis fini atque termino tuæ domus, quæ est in vna, principium vnius ædificij, quod est in alia parte ciuitatis apponere. Pariter quid obest quominus valeas extremo locorum Romanorum adnectere primum locorum Parisiensium, dummodo sit fixum apud te, atque sancitum, vt semper tali fini tale principium intelligas succedere?

Quo

iiij. *Quò ad Qualitatẽ, Subiecta (vt volunt omnes) non debere esse nimium illustria, neque admodum obscura: sed talia qualia non intelligantur excellentia sua visum turbare, vel defectu suo minus mouere.*

v. *Quò ad Differentiam. Volunt vt tanquam ab igne à pluralitate similium locorum caueatur: sed in omni electione commendetur varietas. Vnde dimitte (inquiunt) plura intercolumnia similia, similes fenestras, dimitte vacua spatia. In quibus tamen si placeat aliquid collocare: instituere potes aliquod receptaculum cuiusmodi est altare, mensa, solium, cæteráque huiusmodi.*

vj. *Quò ad Relationem. Actionem item atq; passionem Subiecta debent intelligi formata, mota, & alterata aduentu imaginum: vt easdem valeant cõmodè repræsentare. Intelligantur inquam affecta, sicuti pagina per aduenientem literã, vel si fieri potest (& melius) sicuti cera per nouæ imaginis impressionem inficitur.*

vij. *Quò ad Ordinem. (omnium sententia) loca sine delectu non sunt assumenda: sed ordinatè: sicut per ordinem sibi succedunt partes, & mẽbra ædificiorũ.*

viij. *Quò ad Situm. Non debent esse nimium propinqua, neque nimium distantia: sed ad conueniens interuallum sepositа. Alioqui ita confundent obtutum & intuitum imaginationis: sicut in scriptura oculari, confusionem causant literæ super literas inscriptæ, & literæ literis inherentes. Similiterque (licet*

non

non ita) literæ à literis plusquam mediocriter semotæ, visum disgregando conturbant.

CAP. III.

Cautela ad firmitatem subiectorum pro formarum retentione, quæ paucis fuit nota & leuiter tacta. Et est quod potest pertinere ad rationẽ subiectorum, quò ad vltimum prædicamentum quod est HABERE.

§ I.

SUbiectorum alia substantiua, alia adiectiua sunt. Subiecta substantiua appello ea de quibus hactenus meminimus. Subiecta vero adiectiua sunt quædam quæ locis prædictis adiici possunt. Hæc sunt differentia à suis substantiuis in hoc quod illa perpetuo manent eadem & immobilia: hæc verò licet perpetuo inibi manere debeant atque maneant: tamen pro occasione aduentantium formarum, atque imaginum, mouentur, alterantur, & in varios, atque diuersos vsus assumuntur, dum per ea aliquid fit, vel ipsi actioni eadem inseruntur quoquo pacto. Ista nimirum addere valent virtuti locorum quãtum anima corpori, adeo vt sine istis loca mortua habeantur: cum istis verò viuẽtia. Adde igitur angulo pileũ, sedi pugionem, fenestræ cyatum, cæteráque huiusmodi vtensilia, atque mobilia: quãdoquidem nihil adeo modicum est, quod ad innumeros vsus, innumeras non valeat habere relationes. Nunc in angulo dum vapulat Albertus pileus,

leus, vsu venit ad munus scuti. Nunc dum pingit Ideus, pileus deseruit pro continentia colorum. Nunc dum fodit rusticus: ligone Pileus inciditur, & ita successiue alijs alia peragentibus, aliter atque aliter pileus operationibus inseritur. Hinc aliquando si non occurrat loco appositum, quasi à relatore fideli, poteris ab ipso adiectiuo subiecto de re apposita certior effici.

CAP. IIII. §I.

De ratione subiectorum semimathematicorum.

SUbiecta purè mathematica vsu venire non possunt, vt potè quæ abstracta sunt & sua abstractione phantasiam pulsare vel mouere non possunt: quandoquidem abstractio pertinet ad superiorem facultatem, quam sit ipsa phantasia.

ij. Illud ergo quod valent præstare Mathematicalia secundum se, est ordo solus: & hic in duobus (in quorum tamen vno feliciter succedit) inquiritur. In figuris videlicet & numeris. In figuris quidem procedendo à triangulo ad quadrangulum: à quadrangulo, ad pentagonum: hinc ad exagonum: hinc ad eptagonum, & ita deinceps in innumerum per planas figuras. Similiter in solidis figuris, à corpore trilatero ad quatrilaterum, ab ipso quod est trium superficierum, ad ipsum quod est quatuor superficierum: & ita deinceps ad alia. Qui progressus difficilè formari potest in vsum præsentis artis.

iij. In numeris autem, procedendo à monade ad dualitatem:

litatem: à dualitate ad trinitatem: & ita deinceps in innumerum. Veruntamẽ ipſi numeri non præſentare : ſed ordinem tantummodo inſinuare valent. Applicentur igitur rebus aliquibus naturalibus, & per eaſdem colorentur, atque formentur. Deſtinentur ergo pro primo denario linea, pro ſecũdo lignea, pro tertio ferrea, pro quarto ænea, pro quinto argentea, pro ſexto aurea, pro ſeptimo ſericea, pro octauo pannea, pro nono coriacea, pro decimo pellicea. Vel pro primo organa agriculturæ, pro ſecundo organa artis ferrariæ, pro tertio militiæ, pro quarto veſtiariæ, pro quinto lanionicæ, pro ſexto hortenſis, pro ſeptimo coquinariæ, pro octauo medicinæ, pro nono tonſtrinæ, pro decimo funerariæ, pro vndecimo ſacrificiæ, & ita deinceps.

Quibus decadibus ordinatis & determinatis, ſiue iſtiuſmodi, ſiue alijs rationibus: modicis aliquibus differentijs poteris tibi decernere, & definire differentias, ad inſinuandos digitos numeros in ſingulis decadibus. Siquidẽ in ligneis, aureis, cæteriſq; huiuſmodi, ſunt differentia inſtrumenta, atque res. Similiter in ruralibus, hortenſibus & ſimilibus. iiij.

Applicari igitur poſſunt intentiones rerum memorabilium rebus iſtis ſuo ordine: vnde non ſolum ipſarum memoriam & ordinem : verum quoque & numerum, ſitum, & regionem, cum intentione partium atque capitum poſſibile eſt retinere : ſed rem fuſius quàm par eſſe videtur artis dignitati explicuimus. v.

De

De locis verbalibus positiuis.

vj. *De locis autem verbalibus positiuis, non est præsentis negotij tractare: & non nisi violenter tractari possent in partem istius artis, de ipsis enim considerauimus in libro clauis magnæ, qui est de inuentione, & iudicio scientiarum, & de arcana retentione & fixione. Sufficiat ergo in proposito, proximè dicta semimathematicalia, quæ non modò capitum, sententiarum, legum, vel paragraphorum, vel cuiuscumq; rei esse possunt subiecta: verum etiam valent ad hoc ipsum vt sint imagines numerorum in allegationibus, cæteríque huiusmodi.*

vij. *Illud etiam est considerandum quod pro diuersis materijs, & occasionibus, ex diuersis generibus, semimathematicalia loca possunt atq; debent diuersimodè formari: quorum duos enumerauimus: aliiq; multi similiter enumerari possunt.*

TERTIA PARS THEORIÆ DE RATIONE ADIECTORVM, SEV de formis.

CAP. 1.

Quid sit forma, & quotuplex.

FORMA quoque in proposito non sumitur secundum intentionem methaphisicam Platonicam vt potè pro idea. Nec secundum intentionem methaphisicam Peripateticam, vt potè pro

pro essentia. Nec secundum rationem physicam, vt potè pro forma substantiali vel accidentali informãte materiam vel subiectum. Nec secundum intentionem technicam vi potè artificialem additam rebus physicis actu existentibus quas supponit. Sed secundum rationem logicam non quidem rationalem, sed phantasticam (quatenus nomen logices amplius accipitur) respondentem intentioni subiecti, quod supra pariter diuidendo, & distinguendo ab alijs, diffiniuimus.

Est igitur forma in proposito aliquod cogitatum vel cogitabile opere phantasiæ & cogitatiuæ, adiectum locis seu subiectis iuxta triplicem superius allatam differentiam, triplicibus: ad aliquod repræsentandum, & retinendum pro informatione, & perfectione memoratiuæ facultatis. ij.

Formarum ergo aliæ sunt naturales, aliæ sunt positiuæ Naturalium intrinsecæ vsu non veniunt in proposito: Siquidem (vt patet) non sunt imaginabiles, extrinsecæ verò, quæ sensibus obijciuntur, nec omnes vsu venire possunt, sed illæ tantummodo, quæ per visum, & auditũ sensus internos ingrediuntur, selectissimæ verò sunt formæ visibiles. Gustus enim ex intimis sentit obiecta, tactus verò extrinsecus adherentia, olfactus modicum distantia, auditus distantiora, visus vero distantissima ab ipsis mundi marginibus obiecta concipit. Ideo omnium spiritualissimus, & diuinissimus, sicut naturaliter antecellit: qui determinat in præsenti proposito for- iij.

mas extrinsecas visibiles, quæ quidem licet non sint formæ de quibus loquimur: tamen sunt fontes à quibus illæ emanant, & matres quæ illas parturiunt. Vnde si ipsæ exteriores vestigia appellantur idearum: interiores vmbræ appellantur earundem à nobis in libro qui de vmbris inscribitur.

iiij. *Formæ verò aliæ quæ sunt intrinsecæ, extrinsecarum riuuli atque filiæ, quæ per vehicula & canales sensuum externorum, sese in phantasticam facultatem ingesserunt, sunt præsentis intentionis. Et istæ dupliciter sumi possunt: vno pacto secundum suam naturam, nuditatem, & puritatẽ, & eiusmodi sunt cùm sensum ipsum internum aggrediuntur: Altero pacto alteratæ, commutatæ, deordinatæ, & commistæ, & ita dupliciter, vel ab intentione, vel ab aliorum naturaliũ accidentium perturbatione. Primo modo possunt esse artificiales, secundo verò minimè.*

v. *Itaque duo sunt genera imaginum. Aliæ enim sunt similes rebus extrinsecis secundum totum vel per integrum, vt imago Socratis vel Platonis, imago equi, vel tauri. Aliæ vero sunt similes rebus extrinsecis secundum partes: vt imago montis aurei, centauri, harpiæ, & similium. Vtrumque generum commodum est ad praxim præsentis artificij, siue etiam necessarium.*

CAP. II.

De Conditionibus formarum seu imaginum.

§ I.

Formæ

FORMÆ vero quod ad essentiam & substantiam attinet, debent esse ex eorum genere quæ maximè valeant phantasiam pulsare, & cogitatiuam excitare. Genus verò illarum in proxime dictis est manifestatum.

Quod ad quantitatem discretam attinet, iuxta multitudinem locorum sunt multiplicandæ: & ad commodum rerum insinuandarum distinguendæ, plures inquam simul, vtpotè in eodem loco non concurrant. Hinc enim accidit vt aliæ alias confundant, vt eùenit in literis complicatis. Illud tamen feliciter contingere potest, vt in eodem loco plures ita collocentur: vt aliæ alias consequentes attingãt, quæ in antecedentibus ita continebantur, sicut virtualiter in præmissis sunt illationes. ij.

Quod verò ad quantitatem continuam attinet, caueto à paruis imaginibus, & ab immodicis. Illæ enim sensum non excitant: istæ vero extensione sua visum, interdumque obtutum dispergunt. Extrinsecum quippe oculum non mouet, vel lente mouet musca, ægre verò formam suam insinuat gigas in magno pariete depictus. Ad mediocritatem ergo contrahantur ampliora, & extendantur exigua. Ideo dicitur in libro clauis magnæ. Aut modica, aut modificata. Aut magna, aut magnificata: vnde licet elicere quod ipsum secundum se modicum, & impotens ad mouendum: beneficio concomitantis reddi potest magnum atque potens: Scutum & cadauer præsentabit muscam, sagittarius, sagitt. Sutor iij.

acum, ſcriptor calamum.

iiij. Quod ad qualitatẽ pertinet, illud in memoriam reuocandum eſt: quod tales eligendæ ſunt formæ, quales admirationem, timorem, amorem, ſpem, abhominationem, ſimileſque alios eius generis affectus valeant accire. Quod ſi imago hoc ipſum de ſui natura non præſtet: faciat tua inſtitutione, deſtinatione, & ſecundũ genus applicatione. Ita enim mortuam imaginem (niſi admodum hebetis extes ingenij) viuificare poteris. Hinc ſi ex hominum genere magis tibi notos, atque celebres, monſtruoſos, pulchros, dilectos, exoſos omnes adſumas: melius vſu venire poterunt. Cúmq; duo ſint genera formarum, animata videlicet & inanimata: prima præſtant ſecundis. Animatorum quoque cùm duæ ſint ſpecies, rationalia videlicet & irrationalia: prima ſecundum omnem modum præcedunt vniuerſa. Ipſis enim omnis actio, omnis paſſio, motus, omnis tadem vſus poteſt conuenire.

Quodcunq; enim valent ferre cætera omnes: hæ ſolæ poſſunt, atque amplius. Vnde & mundos eas appellare licet.

v. Quod ad relationem viciſſim dicitur de iſtis, quod ſupra de ſubiectis dictum eſt.

Non inquam decipiaris aliquando nõ collocans & putans te collocare, non affigens, & putans te affigere. Quandoquidem aliquando accidit (imo vt plurimum) vt per minorem applicationem, ſiue intentionem naturali memoriæ committas, quod putes

tes te loco committere, id est cum quasi in aërem fundens excogitatam formam, subiecto illam minimè facis inhærere. Contra quam delusionem ita reparandum est. Assuesce vt habeas semper veram loci formam ob oculos, & germanam formam collocandæ rei, vt in sene capillos albos, curuum bustum, tremulas manus, cæteráque huiusmodi intuearis: Et cum istis omnibus eius applicationem ad locum, & habitudinem loci ad ipsum, quasi dicas. En vbi homo ille, En quid locus ille capit, similiter de alijs formis est iudicandum. Proinde, mitto quod supra dictum est de locis adiectiuis.

Quod ad actionem & passionem attinet. Intelligatur forma in locum aliquid agere, vel aliquid pati à loco, aptum vel ineptum: iucundum vel tristè: commodum, vel incommodum. Hinc enim pendet robur & fixio adiecti cũ subiecto, & eius quod proportionalæ est materiæ cum eo quod formæ proportionatur. vj.

Mox à similitudine & vniformitate non minus cauendum est quàm à quolibet alio, quod minus fauet, atque contrariatur rationi perfectionis imaginum. Turbat enim & confundit crebra eiusdem imaginis repetitio, & appositio. Quod si necessitas vrgeat (distinctis tamen interuallis) vt eandem formam iteratò accipias: recipias eam alteratam, alteram, & alijs habitudinibus indutam. Sicut enim natura ipsa abolet similitudinẽ ipsam (de similitudine numerali loquor) ita & ars. Nũquam vij.

enim natura duos homines similes constituit, imo nec vnum hominem omnino similem perseuerare facit: sed quem mane sumpsit vt vnum, vesperi sumit sensualiter vt alterum.

CAP. III.

Modi aliquot imaginum ad rerum figurationem atque vocum.

§ I.

EXtant nonnullæ rationes, atque modi: quibus possunt tum nomina, tum res ipsæ vnica imagine figurari. Primũ quidem distinguendũ est de modis in genere hoc pacto. Eorum à quibus recipi potest signum rei repræsentandæ, alia retinent similitudinem secundum rem: alia vero secundum dictionem.

j. Collocamus ergo aliquando rem ipsam si ipsa est figurabilis à phantasia, vt scamnum pro scamno, equum pro equo.

ij. Aliquando verò similem in voce, pro simili, vt pote collocamus rem figurabilem, quæ denominatione sua causat memoriam rei infigurabilis, cuius nomẽ affine est nomini illius. Sic apponimus equum ad equitatem memorandam, vitim ad vitam.

iij. Item per Etimologiam; solemus venari illud à quo ipsa desumitur, vt potè infigurabile à figurabili, à Romano Romam, à montano montem.

iiij. Rursum à similitudine capitis, vt potè principij dictionis

dictionis, consueuimus reuocare memoriam eius quod in fine est dissimile. Ita per asinum loco appositum solebam asilum recordari, vel Aser. Adde tu capitis addictionem & diminutionẽ, quibus corpus alterius significati occurrat, vt à palatio, latio.

In super à translatione nominis, quemadmodum à Philippo loco apposito, venabar memoriam amatoris equorum: vel è conuerso. v.

Quandoq; ab antecedente, venari solebam consequẽs: quemadmodum naturaliter ab aurora, solis exortus concipitur, & à pastu, digestio figuratur. vj.

Vltrà ex concomitante, seu per socium, socij recordamur Vbi .n. aliquid est insigurabile, sicut mors, potest per cædem vel cadauer effigiari. vij.

Proinde à consequente, quod dicitur vicissim cum antecedente: sicut à fumo ignem, & è conuerso. viij.

Præterea ab accidente subiectum, quemadmodum à re alba apposita niuem lucramur, à saltatione saltatorem. ix.

E' cõuerso à subiecto accidẽs: sicut ex alueo mellis collocato, recolimus dulcedinem, ex leone ferocitatem, ex vrso iram. x.

Adhæc ex hyeroglifico, suum designatum: sicut ex lance & statera iustitiam. Ex speculo prudentiam. xj.

Ex insigni etiam insignitum: vt ex ense Martem, ex claui Ianum. xij.

Ex simbolo simbolatum, vt ex homine nasuto xiij.

Tongilianum, ex homine armato Hannibalem. Ex rogato, lacerata thunica, nudis pedibus, detecto capite, Diogenem.

xiiij. Ex contemporaneo tempus, sicut ex floribus Aprilem, ex torcular Autumnum.

xv. Ex circumstantia locum atque subiectum, vt ex certo habitu Theutonicum seu Germaniam, Africanum, seu Africam.

xvj. Ex proportionato proportionale, quemadmodum ex figulo ad lutum, subit nobis consideratio vniuersalis plasmatoris, ad vniuersum plasmabile.

xvij. Ex conuertente conuersum, quemadmodum ex aqua vapor, & ex voce Maro clarescit Roma, sicut in dictione, ita & in re.

xviij. Ex partibus totum, ex componentibus compositum, vnde Dauus cùm viti, obijcit infigurabile Dauid. Ita in re sicut in dictione. Statua quoque capitolina capitolium referet.

xix. Ex proferente, vocabulum ipsum, vel sententiam proferendam. Hinc quidam qui dicere solebat. Omnia amicorum sunt communia, loco appositus, reducit te in memoriam sententiæ illius. Et nota quod etiam ex tua institutione potes eiusmodi sententias, & terminos quibusdam adcommodare, veluti vsu venire potest modus proximè sequens.

xx. Ex subiecto recipiente verificationem sententiæ, vel significationem termini: sententiam ipsam, atq; terminum. Sicut mihi quidam garrulus & maledicus, nec benè fortunatus: scntentiam illam psalmistæ.

mista. Vir linguosus non dirigetur in terra. xxi.

Ex metaphora seu transpositione, transpositionis subiectum: vt ex argento lunam: ex plumbo Saturnum. Ex stamno Iouem. Item & ex vulpe astutiã. Ex cane adulationem. Ex simia imitationem & emulationem.

Ex propria passione, ipsum cui appropriatur, sicut xxij.
ex boue mugitum, ex porco grunditum. Ex quibus etiam aliquando translatio fieri potest, sicut postquam ex asino habemus ruditum. ex ruditu habere possimus fatuum sermonem, eo enim & asinilogos solebam mihi describere.

Ex instrumento artificem, & instrumentatum xxiij.
ingenere, sicut ex sphera & astrolabio, astrologum possum meminisse.

Ex habituato, habitum infigurabilem, sicut ex xxiiij.
muliere grammatica, quæ est substantia cum accidente, seu subiectum cum qualitate: ipsam grammaticam quæ qualitas quædam est conceptare possem: sicut ex musico, musicam.

Similiter ex habente id quod habetur, vt ex pre- xxv.
dium habente, predium: ex principe principatum.

Similiter in qualitatis genere, ex modificato, mo- xxvi.
dum: sicut ex recipiente rationẽ alicuius aduerbij, ipsum aduerbium: sicut ex benè saltãte, aduerbium benè occurrere potest.

Ex specie genus, sicut ex boue loco apposito fi- xxvij.
gurabili, meminisse possum animal genus infigurabile.

Ex relatiuo correlatiuũ, sicut ex domino seruum. xxviij.

xxix. *Ex contrario, contrarium per antiphrasim: sicut per aliquem incultè loquentem, Demostenem, per fatuum, Aristotelem.*

xxx. *Ex agente, actum, vel actionem: sicut ex furante, furtum: Si qui autem alij modi præter istos imaginentur, omnes habeantur vt in istis inclusi & ad istos reducibiles. Perfecta siquidem enumeratione atque respectu ad talem redacti sunt numerum, vt patet callentibus rationem magnæ clauis.*

DE PRIMA PARTE
PRAXIS.

CAP. I. §I.

Quãuis ex his quæ supra allata sunt titulo theoriæ, sufficientissime etiam à mediocribus ingenijs ratio praxis tota possit educi: tamen per hæc quæ mox subinferimus superiora confirmamus, & superiori addimus.

Pro rebus præsentandis.

ij. *Paratis ergo, dispositis, ordinatis, determinatis, atque confirmatis subiectis: facile est formas ipsas apponere. Sensibilium quidem sensibiles, non sensibilium verò etiam sensibiles. Porro sensibiles formæ relatæ ad sensibilia obiecta, rationem veram imaginum & exemplarium admittunt. Relatæ vero ad non sensibilia obiecta, habent rationem signorum, notarum, & indiciorum. Quomodo autem quælibet*

bet significari possint designari, & effigiari, demonstrauimus ex parte magna, magis quàm vnquam demonstratum fuerit ante nos. Vnum tantummodo abest vt succurramus iys terminis qui per prædictas imaginum rationes nõ possunt figurari: cum de triginta modis illis nullum aliquãdo possumus ad propositum adaptare: siue difficultate proueniente à nobis, siue à re ipsa cuius memoria est habenda, & commodam præsentationem quærimus. Modo igitur proximè subinferendo prouidendum. Quiquidem nullum memorabile excludit, siue intellectus siue non intellectus, siue significatiuus, siue non quomodocumq; sit, dummodo sit articulatus terminus.

SECVNDA PARS PRAXIS.

CAP. I.

De memoriæ verborum praxi.

§ I.

VBi igitur res ipsas collocare nequimus, quia sunt infigurabiles: aptemus nobis nominum, vbicunque quarumlibet inscriptionem tali pacto habendam. Primo sint homines, iuxta elementorum numerum distincti, quorum alij vnum, aliud alij tibi designent elemẽtũ, siue ex institutione, vt pote ex appropriato: siue ex veritate, vt pote ex proprio nomine. Sint inquam tibi pro elemento A designando plures Aristarchi. pro elemento B plures Bacchi. pro C Cæsares,

res, qui quidem loco appositi, hæc tibi repræsentabunt elementa.

ij. *Sint proinde aliæ res inanimatæ quæ possunt vsu venire prædictis hominibus: ita vt Armarium, auriculare, arcus, & similia significent tibi clemẽtum A. Baculus B. Corbis, C. Similiter & alia instrumenta, & armamenta, alia tibi designent elemẽta. Et ita tum homines plures, tum etiam plures tibi reliquas res & operationes ab hominibus contractabiles, ordinabis, quibus quidem valebis eidem loco integram committere dictionem.*

iij. *Quod si dictio erit prolixior, poteris illam duobus vel tribus locis committere & extendere, quod consulimus quando extemporanea replicanda sunt lecta vel recitata.*

iiij. *Vbi verò tu ipse tuam tibi materiam disposueris, poteris vni loco dictionem quantumlibet prolixam committere, apponendo duos vel plures homines ordinatos: qui cum suis instrumentis & signis & nominibus proprijs, literas repræsentando, quamcumque tibi proferant dictionem.*

Quod ergo ad memoriam verborum pertinet: à labore in quem vos artes antiquiores impellunt, mirum in modum releuare videor. Quibus licet modicum considerantibus, modicum videar addere: melius tamen negotium perpendentibus longè aliter apparebit. Elementa enim quæ per antiquorum præceptiones, singularia tantũ docebamur præsentare: nunc ad syllabarum & quarumcumque dictionum

dictionum ex ipsis complexarum complementum, vnico cuicumq; loco integrum ipsum docemini apponere terminum. Armamenta enim & actiones, non ociosa, leuia, atque vaga nunc instituuntur: neque solum ad memoriam excitandam homines hominibus adstare, résque alias alijs applicari debere perdoccmini: sed omnia pluribus onusta muneribus accipere, vt quàm facilè commodéq; quod antiquis impossibile videbatur nacti sumus, nõ sit difficile videre. Audi quid séserit Tullius in suis ad Herẽniũ.

Scio pleroſque græcos qui de memoria scripserunt ficisse vt multorum verborum imagines conscriberent, vt qui eas discere vellent, paratas haberent, ne quid inquirẽdo consumerent opere. Quorum rationem aliquot de causis improbamus, quarum vna est quod in verborum innumerabilium multitudine, mille verborum imagines ridiculum sit comparare: quantulum enim poterunt hæ valere cum ex infinita verborum copia modo vnum modo aliud nos verbum meminisse oportebit?

Ex quibus sanè verbis manifestũ est illud Tullium existimasse impossibile factu: quòd non modo in se facillimum comperitur, verumetiam vniuerso negotio facilitatem causat. Cur autem hunc in modum Græcorum illorum derideat industriam, illud est in causa quod ipsum alio pacto fieri non posse existimabat, quam singulis dictionibus singulas destinando imagines. Quod tentare ridiculũ est. Nos verò tantum abest vt imaginum numerum multiplicemus:

plicemus: vt in singulis perficiendas atque complendas locis ad expressionem infinitorum terminorum siue significantium siue non: completas, paucas, determinatas, & celebres ordinemus imagines. Habes ergo facultatem quatum res ipsas seu rerum capita & intentiones propositas, tum & ipsa quibus explicantur verba, locis valeas affigere. Exerceri adultiores in istis secundis non probarem. Ad vanam quippe atque puerilem facere videntur iactãtiam. Quatenus enim occurrentium figurandorum terminorum necessitas exquirit: solertia vsus triginta configurationum succurrere poteris. In pueris autem & studiosis adolescentibus præter breuem istam viam & alias quas instituimus nullam laudauerim, grauis. n. cura diuturnáque intentio, & abductio à seriis studijs ad quæ fortasse per ipsas redduntur inhabiles (in ipsis. n. actibus expediti, atque aptissimi, alioqui stupidi mihi cõperti sunt) perceptione fructus qui colligi possit in tardo lentóque fine minimè compensantur. Per hæc autem nostra studiũ non impeditur, memoria naturalis nõ hebetescit, nõ languet, sed proficere potest ingenium. Interim spero futuros qui inuentionis istius semina multiplicent. Porrò licet hæc consideratio tanta sit si cum antiquioribus cõferatur: sine præiudicio gratiarum quas primis inuentoribus & viam præmonstrantibus habere debemus: modica tamẽ est aliarũ respectu, quas inuenimus, atque perficimus mox vnam in breuibus contentam explicabo.

IORDA-

IORDANI BRVNI NOLANI ARS ALIA BREVIOR & expeditior ad verborum memoriam.

SVppositis ijs quæ in complemento communis artis de ratione locorum & imaginum sunt allata : nunc in aliquorum gratiam aliam producimus artem, quæ ad nostram integra pertinet inuentionem. Ipsam perfectè subsequenti enunciamus ænigmate.

Bis duodena locum capiant secluſa seorsum
Corpora, quæ argutum finxerit efficiens.
Spiritus adstantes habeant d' hinc singula quinos,
Queis sit quintuplicem promere posse sonum.
Proind' elementa duo dent consistentia quinque,
Queis soleis medio, quæstaque calce dabis.
Qui sit, quid faciat, quid habet, quid suscipit, & quid
Adstet, proponant posita quinque tibi.
Ii sibi perpetuam firment in corpore sedem:
Quos coniurator non queat ejcere.
Interea varias poterunt errare per oras.
Multáque constando millibus esse locis.

ÆNIGMATIS INTERPRETATIO.

HAbeas ab inuicẽ sepoſita ſubiecta quatuor & viginti, quæ vniuersa nõ adiaceant, non inhæreant, non contingant. Sed libera, & ſolitaria vel ſituentur vel ſituata intelligantur.

Tuo ipſa tibi poteris eligere arbitrio, huius tamen esse debent generis B. Arbor. C. Colũna. D. puteus. F. Ara. G. Patibulum. H. Mensa. K. Lectus. L. Statua. M. Tribunal. N. Cathedra, P. Fornax. Q. Focus. R. Incus. S. Archa. T. Saxũ. V. Pyramis. X.

Horo-

Horologium. Y. Fouea Z. Sepulchrum. A Feretrũ. E. Sacrarium I Ignis. O. Lapidũ cumulus. V. Fons. Quæ quatuor & viginti tibi designent elementa.

Proinde ad constituendas eorum primas cõbinationes addicas subiectorũ dictorũ singulis adsistẽtia quinq;, quæ duplici differẽtia præcedentẽ vel subsequentẽ tibi notam demonstrent. Extãt quinq; cardinales differẽtiæ. Occidentale, Oriẽtale, Septẽtrionale. Australe, & Mediũ. Extãt aliæ quinq; situales prostare, flecti, sedere, cubare, iacere. Extant aliæ quinq; locales, ante, retro, sursum, deorsũ, in medio. Quibus quidem trinis differentijs, subiectũ, insigne, & operationem quintuplicare consonando valebis.

Adsistentia quinque, per diuersos actus ad quatuor & viginti differentias multiplicatos, elementũ sonans atque consonans addere possunt. Qui quidem differentiarum numerus, in diuersis compleatur generibus, vt commode veniat in vsum.

Pro liquidis mediantibus elementis, ijs denique & alijs primam combinationem ex duobus videlicet conflatam consequentibus, similiter per aliquot differẽtias prouidebis.

Quibus dispositis, determinatis, & mẽti firmiter adfixis: prõptè poteris ex mutuatis insignijs, cæterisq; olim proprijs quascunq; cõbinationes effingere.

Iam vides quemadmodum signa viginti quatuor elementorum, per quinarium deducantur. Quam si consideraueris industriam, in alias plures poteris per temetipsum promoueri.

FINIS.

א
ד
ג
ל
ח
ף
ז
ח
ט
י
נ

ת ש ר ק צ פ ע ס נ מ ל כ י

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ


א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת
1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22


א
ב
ג
ד
ה
ו
ז
ח
ט
י
כ
ל
מ
נ
ס
ע
פ
צ
ק
ר
ש
ת
1
2
3
4
5
6
7
8
9
10
11
12
13
14
15
16
17
18
19
20
21
22

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22

1	2	3	4	5	6	7	8	9	10	11	12	13	14	15	16	17	18	19	20	21	22
א	ב	ג	ד	ה	ו	ז	ח	ט	י	כ	ל	מ	נ	ס	ע	פ	צ	ק	ר	ש	ת


22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1
א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

Figura figilli ſigillorum pro deductione et multiplicatione ſubiectorum et formarum



Figura figilli figillorum pro deductio-
ne et multiplicatione subiecto-
rum et formarum

IORDANI BRVNI NOLANI
triginta ſigillorum explicatio.

Omni verborum ſuperſtitioſa cura abacta: tibi à nobis vt agglomeratum implicitumq; filum, euoluentibus & enodantibus: velutiq; occultam complicatamq; telam educẽtibus & explicãtibus: triginta, quos ordinauimus ſigilli aperiuntur.

Primi ſigilli explicatio.

CAmpus erat primus ſigillus: quem veluti vniuerſi operis artificijq; ſubiectum oportet apparaſſe prius. Ipſe eſt locus, qui in ſecunda theoria artis reminiſcendi parte per communis propriq; differentias diſtinguitur, & in ſuas ſpecies omnes diſtribuitur.

Hic perquiri ſimulacra locorum dicere maluimus, quam loca. Ea enim cum externis obijciuntur oculis, minus ſenſibili præſentia mouere comperimus, quam cum internis phantaſticæ facultatis oculis intẽtata perluſtrantur. Hic ideo ampliſſimus ſinus intitulatur phantaſia: quia quod terminatum, determinatumq; à ſenſibus externis accepit: in immenſum amplificare, & in innumerum multiplicare valet. Sinus iſte qui eſt in ſubiecto anima vel animali: alius generis efficitur ſubiectum. Dum ea loca in genere phantaſi-

abiliter retinenda ſuſcipit: in quibus ea ipſa rerum ſigna, imagines, & figuræ inſcribi debeant: quæ in ſpecies ſignificatorum & preſentatorum, viuaciori memoratiuæ facultatis obtutu inſpiciendas promouent. Ipſorum vulgatas rationes in ſecunda theoriæ parte protulimus. Iam vt aliquid adferat huius diſciplinæ proprium: ad inſtar Solimæ per Thalmutiſtam diuiſæ præcipimus vt generaliſſima forma generaliſſimum, generalis generale, ſpecialis ſpeciale, indiuidualis indiuiduale ſubiectum conſequatur. Haud aliter quam aliam formam ab alia comprehendi conſpicimus.

Secundi ſigilli explicatio.

COElum *dicitur ſecũdus ſigillus quia ad eam memoriter retinẽdi rationem ſpectat, qua coſmicæ vel geographicæ, vel alius eiuſcemodi deſcriptionis formam habere ad ſenſus interioris oculum concupimus. Cùm igitur ſphæra mũdi, vel terræ in ſua ſit diuiſa hemiſphæria, quadrãtes vel alia eius generis membra. Cumq; eadem nõ ſolum in globi ſimulacro, ſed & in ipſo globo non facilè ſtatim occurrere poſſint perquiſita: iſtam excogitauimus viam qua citra difficultatem ſuis numeris atque mẽſuris intendentibus ſenſibus occurrant. Deſtinamus enim* e.g. *domum vniuerſæ præſentandæ ſphæræ, hancq; primum in duas generales diuidimus partes, quarum altera ſit ad partes hemiſphærij ſuperioris: altera ad partes hemiſphæ-*

Ad cælum quod eſt ſecundus ſigillus



Ad cathenam vbi tertius
est sigillus.



Ad cubicum vbi tertius
est digitus.

missphærij inferioris præsentandas ordinata. Dehinc, vtraq; dictarum partium, quatuor sibi cubilia seligat. vt primum referat quadrantem orientalem ab æquinoctiali ad arcticum polum. Secundum occidentalem. Tertium orientalem ad polum antarcticum. Quartum occidentalem.

Sicut autem quadrantum singulis tribus angulis terminari, tribusq; lineis accidit definiri. Ita ipsorũ cubilium sunt cõcipienda partes, vt pro pũctis. hîc polum, ibi angulum orientis vel occidentis, illic angulum meridiei vel merinoctij statuat: pro lineis verò hîc meridiani, ibi æquinoctij vel æquidialis, ibi orizontis portionem terminantem intelligat: mox q; ad partium referendarum situs, & habitudines respiciens: facile omnium atq; singulorum exquisitam poterit nactus esse præsentiam.

Cathænæ, quę tertius est sigillus, explicatio.

CAthænæ explicationem habes in intentione decimatertia libri de vmbris idearum. quæ quidẽ dupliciter vsu venire valet vtpotè ad ipsum iudicium; cùm per hanc rerum habeamus rationem, qua certa serie gradus entium contemplantes, intelligamus veram distinctam q; cuiusq; essentiam veluti in centro quodam esse cõsistentem: vbi altera quæ superior est circumferentiæ parte infimum naturæ proximæ superioris gradum attingit: altera vero huic oppositæ naturæ proximè

inferioris ſupremo continuatur.

Secundo ad intentionum retentionem faciendam, dum caudam vnius intentionis atq; conceptus, alterius intentionis atque conceptus capit ſtatuimus.

Quod ibi typo retinandarum ſigniferi partium inſinuauimus.d.

Dux gregis armenti primum ſublatus in iram
in geminoſque pedes impete fronte ferit.
Vindex mente vacans hinc Taurus concitus, ictu
irruit in fratres impatiens Geminos.
Germanos iuuenes affines protinus vndæ
Excipiunt: Cancer roſida prata petit.
Repens obliquo limpharum cancer alumnus
Villoſi vultum forte Leonis adit.
Percitus inde Leo crinitos ſurgit in harmos:
Vnde vagans rapidæ viſa Puella feræ eſt.
Hanc petit, illa fugit, quæ greſſu inſana fugaci
Librantem incurrit perſica lance virum.
Æſtuat hic: cupidis quem dum cõplexibus hæret,
Attriti Vermis cuſpis aduncа ferit.
Formidans lætum medicas dum currit ad artes
Ponè Sagittiferum ſenſit adeſſe virum.
Qui modo ſtuprata quam credit Virgine læſus:
Quo petit hunc iaculo, vulnerat ecce Caprum.
Vt primum intruſum ferrum perſenſit iniquè,
Effugit in rapidas præcipitoſus Aquas.
Sic caper infælix à gurgite tractus aquarum
Inſueta incluſis Piſcibus eſca datur.

Arboris, quæ quartus eſt ſigillus, explicatio.

ARbor ad inuentionem facit atq; iudicium: vt manifeſtũ eſt in iis quæ in libro arboris ſcientiæ perhibentur. De quocunq; enim ſubiecto cum dicere

dicere volumus siue ex alienis inuentis colligẽtes, siue ex nostris meditationibus emetentes, ita facimus vt in ipsum velut in arborem respicientes: Primo eius radices puta principia originalia, causas & elemẽta. Deinde stipitẽ. i. propriam essentiam & esse. Mox ramos .i. potentias, facultates, atque virtutes. Subinde folia, puta accidẽtia propria, & circumstantias: Proinde flores vtpote actiones & operationes. Tum demum fructus qui sunt actus et opera considerentur, vt eo pacto (ordo quo materiam disponimus) inuentionem, iudicium, & retentionem subministret.

Analytice quoque procedentibus, arbor materia demonstrabilis statuatur, cuius pro radicibus sensus, imaginatio, persuasio, authoritas cateráque id genus fidem concitantium habeantur. pro gemino stipite inuestigationem verificationis alteram ex parte subiecti, alterã ex parte prædicati, & pro cõplicato in gemini stipitis cõcursu, habet integrum ex subiecto prædicatoq; cõplexum. Si quippe quæritur an materia sit actu: inspicienda sunt rationes ex parte materiæ. Rursum rationes ex parte actus. Rationes earũdem ex parte actualitatis materiei. Proportionaliter ad ramorum multitudinẽ, mediorum admittit multitudinem: quò alia ad vnum, alia ad alterum stipitis trũcum, alia ad vniuersum stipitem referuntur. Adsumit quoque pro fructibus ea quæ ex concessis mediis illis consequuntur. Pro adsistentibus atque circumstantibus, eadem

diuersam multigenamq; recipit turbam, de qua alij inuigilant, alij quiescunt, alij dubitant, alij decernunt, alij hinniunt, grūniunt alij, alij sub illius arboris vmbra rudunt, flores decerpunt alij, alij fructus comedunt.

His succedit constitutio doctrinæ distinguendo, definiendo, diuidendo, subdiuidendo subiectum atque prædicatum ad vltimas vsque furculas, vtpotè distributiones, ramificando.

Arborum bonam atque malam ex ipsis fructibus dinoscere poteris, quæ si primi generis existat, fouenda, nutrienda, & contra impetentium sophistarum importunitates, pro viribus & exigentia rationis, subtensionibus fulcienda. At si secundi generis illa sit, bipēne rationis examinata, medijs à radicibus & stipite desumptis: singulis positarum distinctionum membris ad singulorum contrariorum dubiorum solutionem relatis, sterilis maligenáque arbor detruncetur & igne reprobationis absumatur.

ARbor etiam facit ad memoriam & ordinatam specierum retentionem, dorsum arboris habetur ipsa cathena: vt in schemate ibi proposito ab A vsque ad L facto conscensu qui per præcipua materiæ capita successiuè continuéque discurrit. Rami vero arboris sunt ipsæ collaterales assumptiones, dum singulis præcipuæ Cathenæ annulis, hinc inde toties totq; annuli connectuntur quoties

quoi-

quotque ad implendam considerationis materiam sufficere possunt.

SYLVÆ, quę quintus est sigillus, explicatio.

Sylua cùm ex pluribus arboribus consita intelligatur, nihil aliud videtur addere præcedenti Sigillo nisi multitudinem & eiusdem rationis repetitionem: quo quidem pacto non solùm duplicari possent & alij sigilli, sed & in innumerum frustra multiplicari. Atqui habet peculiarem sigillus iste rationem duplicẽ. Alteram quam licet in præsenti schemate intueri:

Titire pascentes dum Mopsus colligit agnos.
Tu quoque littoribus nostris Æneia nutrix
Patule. Quæ patulę nobis poterunt arrigier aures
Recubans. Lanigerum te recubante pecus rapuere simúlque
Subque vmbra calami dormit humidáque lacunas
Tegmine decipiens ouium properátque Liçaon
Pagi non proferunt fructus, prope flumina crescunt.

Alteram qua inuentionẽ & indicium amplificari comperimus, quando illud per vniuersum quod in omnibus arboris partibus & circumstantys consideauimus: in singulis quæ de ipso dicuntur, in ipso dicuntur, in ipso sunt, circaq; ipsum consistunt indigauerimus. Dilatatur insuper arbor in syluam per multiplicem inuentionis speciem: de qua dilatatione alius locus est.

IORDANI NOLANI
SCHALÆ, quę sextus est sigillus, explicatio.

PEr schalam tentatur inuentio, atque iudicium. Dum accidit fieri ascensum ab inferioribus ad superiora, ob id quod ea quæ dicuntur in istis prodignitate, in superioribus maiori eminentiorique ratione verificantur: quibus eadem prædicata si non formaliter cõuenire possunt: vt principijs tamen effectiuis sublimioriq; ratione denominãdis adscribentur. Quæ vero in superioribus à primi dignitate defectionem referunt, longe maiori ratione per quãdã analogiam in ijs quæ subsunt inuenientur. In ijs autem quæ mediant descensus pariter datur & ascensus: vtpote quibus inferiorum perfectiones omnes, superiorúmque à prima causa defectus tutò affirmare iuxta propriè essentiæ definitionis limitationẽ debeamus. Gradus huius schalæ sunt. Esse, Viuere, Sẽtire, Imaginari, Ratiocinari, Intelligere, Mentare. Quæ omnia per gradus in inferioribus quo magis explicantur, eo magis in nihilum tendũt, quatenus perfectionem significãt: quatenus vero oppositum significant: opposito hinc & inde sese habere modo necessum est.

Memoria verò per schalam suo typo designatã triplici progressus differentia per certam dispositionem perficitur: sed huius rei doctrina facile percipitur ex ijs quæ notauimus nono capite secũdæ sectionis libri de architectura artis Lullianæ.

IN-

INSERENTIS, qui septimus est sigillus, explicatio.

EX applicatione intentionis vnius sigilli ad alium, vnius inuentionis ad aliam, iudicij ad aliud, vnius rememorandi rationis ad aliam: insitionem fieri intelligimus. Modica nimirum, tenuia, imbecillia, paucáque esse rerum semina videntur: multiplici tamen combinatione, compositione, habitudine, relatione, coherentia, & vniuersaliter applicatione & adaptatione: innumerabilia, innumerabiliumq3 profluunt propriæ rationes. Ex elementis quatuor diuersimode ordinatis, innumerabiliumq3 proportionum gradibus coëutibus: innumerabilium elementatorum multitudo diducitur. Numero quatuor & viginti elementorum: omnium quæ fuerunt, sunt, & esse possunt infinitorum idiomatum vocabula, articulatæq3 voces infinitæ conflari possunt. Videatur ergo quomodo tentando, experiendo, conferendo, diuidendo, componendo, concernendo, abstrahendo: ad innumerabiles accingi valeamus inuentiones. Quid enim? nónne multoties nobis certum scopum præfigẽtibus: aliud quæsito nobilius occurrit? ipsum sanè frequẽtissimè alchimicis accidere experimentis non est quem lateat, quibus multoties auro perquisito longè meliora vel ex æquo desiderabilia adinuenisse accidit: Mitto quod et mala atq3 deterrima pro bonis optimisq3 sese obtrudunt: nil n. in natura pu-

rum, bonóque nihil & affiniius malo. vt. n. physica materia nonvnquam aliqua forma denudatur: ita naturalis forma numq̃ à materia seiuncta reperitur, vt aiunt.

AGRIGOLÆ, qui octauus est sigillus, explicatio.

ALiquem perpetuò campo præsentem instituimus, quem modò adiectiuum subiectum, modò animam loci, nunc verò agricolam appellamus. De hoc diximus in secunda Theoriæ artis reminiscendi parte: cùm vltimam subiectorum conditionem adduceremus in medium: differt autem, quòd hîc nomine agricolæ adducimus, ab eo quod ibi nomine loci adiectiui. Tum quia q̃ hîc apponi præcipimus est animatum, & tale animatũ quod vel inexistenter, vel inhærenter, vel adsistenter, vel circũstanter omniũ potest esse susceptiuum, & cõsequenter præsentatiuum: vnde sicut mundũ dei imaginem dixere: ita & hominem mundi imaginem non temere Trimegistus appellauit. Tum etiam quia agricola per sui mutationem, per susceptas actiones, passiones, & alias sensibiles alterationes est id quod ea quæ sunt referenda præsentat. Adiectiuum verò subiectum per nouæ formæ, & pro diuersis occasionibus diuersæ semper aduenientis adiectionẽ, tactum, alteratum, mutatum, insitum: est potius id quo hæc quæ sunt referenda præsentantur.

Adiu-

Adiuat ſigillus iſte nonum ſigillum, imò ipſum perficit: citiùs enim firmiuſq; reſident, clariùs intenſiuſq; loco ſenſibili appoſita inſpiciuntur: quàm abſtracta quadam occurrentia ratione.

TABVLÆ, quę nonus eſt ſigillus, explicatio.

HOc principium extitit quo ad artis memorandi rationes adſequẽdas ſum promptus. Ipſum adhuc puer ex monimentis Rauennatis expiſcare potui. Hoc modica fauilla fuit quæ iugi meditatione progrediens in vaſti aggeris irrepſit accẽſionem, è cuius flãmiferis ignibus plurimæ hinc inde emicant fauillæ, quarum quæ bene diſpoſtam materiam attigerint: ſimilia maioráque flagrantia lumina poterunt excitare.

Iuuit iſtum inter noſtros adnumerare ſigillos, vt illi quem mihi fata primum in arte iſta tradidere inſtitutorem ex animo litem. Eius quippe ſparſum ſemen quantũ & qualecũque fuerit (fuit certè magnũ atque dignum) niſi animæ noſtræ facultas cõcepiſſet: ad tantas ſegetum ariſtas (quas in huius campi area diſcutimus) emetendas fortaſſe non eſſemus aliunde promoti.

Quo igitur facilius certáque ſerie ſuccedentia quædam, vt alia ſuo ſuccedere poſſint ordine efficiant: plura ſenſibilia, faciléque memorabilia per ordinem alphabeti, vel ſillabici in catalogum redacta

dicta docuit apparanda. Adquæ modò has, modò illas pro rerum exigentia referẽtibus actionũ, passionum, caterarumq; circumstantiarum habitudines: facilè modò hæc, modò illa concupita in memoriã reuocari valeant. Hinc primam intentionem refert Amphion Secundam Bootes, Tertiam Cepheus, 4. Diana, 5. Eolus, 6. Fab. Vulcanus, 7. Ganimedes, 8. Hercules, 9. Iuppiter, 10. Kiron, 11. Liber, 12. Mercurius, 13. Neptunus, 14. Oceanus, 15. Pluto, 16. Quæsitor Minos, 17. Radamantus, 18. Saturnus, 19. Titan, 20. Venus, 21. Xutus, 22. Zethus.

Vltra alphabetum: sillabicũ duplex, vtpotè alterum in quo consona sonantem sequitur, alterum in quo consona sonantem antecedit, ordinabatur.

COMPAGINATORIS, qui decimus est sigillus, explicatio.

COmpaginator est qui loca locis consuit, quemadmodum explicauimus in artis reminiscendi institutionibus: vbi conditiones subiecti quo ad discretam quantitatem determinabamus: Compaginatio autem non solùm sicut ibi ostendimus cõtinuatione vel contiguitate, vel adpositione & cõsequentia locorum sensibilium ad alia sensibilia efficitur. Sed & semimathematicorum ad alia semimathematicalia. Verbalium ad alia verbalia.

Sens-

Sensibilium ad semimathematica, vel verbalia. Verbalium ad semimathematica, vel sensibilia.

Similis est ratio compaginatoris ad locorū multiplicationem: rationi arboris atq; quorundam de sigillis alijs, ad eam quæ adiectorum est. Ratio quoq; cōpaginatoris est similis deductionib⁹ quas Lulli⁹ et nos in inuētiuis artibus instituimus: dum ad cōceptuum & contemplationum multiplicationem vna figura per alias omnes deducitur, vnus inueniendi modus alio inueniendi modo cohæret.

VEXILLI, quod vndecimus est sigillus, explicatio.

HVius sigilli rationem vbi de memoria verborum praxi instituebamus, tetigimus. Ibi vel ex proprio, vel ex appropriato nomine plures voluimus esse Aristarchos, Baccos, Cæsares, vt eodem nomine intitulemus eiusdem familiæ, vel institutionis, vel artis plures: vt ex ijs modò vnum modò alium ad opera peragenda referamus.

Adiuuat iste sigillus Tabulam quæ nonus est. & mirum in modum dilatat ipsam, atque velut ad triplicis dimensionis differentias amplificat.

Ad hæc si proportionaliter inspicias non satis occultā & implicitā habes Inueniendi, Iudicādique rationem: dum non modò Baccos, Cæsares, Dionysios, in omnium hominum generibus effingas: sed in arborum omnium speciebus omnium animalium species inquiras & inuenias. In omnium

um lapidum ſpeciebus plantarum ſpecies, in vnius ſpeciei inuiduis, omnium aliorum ſpecies indiuiduáque ſimilia. Innumeri enim diuerſiq; homines vultu, moribus, & geſtu: innumeras & diuerſas animalium ſpecies referunt, & ad idem quaſi vexillū referuntur. Hinc apertum eſt quod omnes naturæ & in natura duces, in omnibus ſibi definitos milites agnoſcunt, quorum alij alibi magis proprios, explicatos, atque plures agnoſcant: vnde fit vt ex ſuperabundante, domini peculiares habeantur. Id optimè perſenſit Anaxagoras, & non attingere potuit ſophiſticæ naturæ pater Ariſtoteles: qui ab impoſſibilibus, logicis, fictiſq; ſegregationibus rerum veritati non cōuenientibus, non eſt mirum ſi infinita valeat inconuenientia alia ſubinferre.

PICTORIS, qui duodecimus eſt ſigillus, explicatio.

PIctoribus atque poëtis quælibet audendi ſemper fuit æqua poteſtas. Primus præcipuúſque pictor eſt phantaſtica virtus. Præcipuus primuſq; poëta eſt in cogitatiuæ virtutis adpulſu, vt cōnatus, vel indit⁹ nouiter quidam entbuſiaſmus, quo vel diuino, vel huic ſimili quodā afflatu ad cō ueniēter aliquid præſentandū excogitatū cōcitātur. Idem ad vtrumq; proximū eſt prīcipiū: ideoq; philoſophi ſunt quodammodo pictores atque poëta

poët

poëtæ pictores & philosophi; pictores philosophi & poetæ. mutuóque veri poëtæ, veri pictores, & veri philosophi se dilligunt & admirantur, non est n. philosophus nisi qui fingit & pingit: vnde non temerè illud. Intelligere est phantasmata speculari, & intellectus est vel phantasia, vel non sine ipsa. Non est pictor nisi quodãmodo fingat et meditetur. Et sine quadã meditatione atq; pictura poëta non est. Phãtasiam ergo pictorẽ, cogitatiuã poëtam, rationẽ philosophũ primũ intelligito. qui ꝙdẽ ita ordinãtur & copulãtur vt actus cõsequẽtis ab actu præcedẽtis non absoluatur. Quomodo hæc contẽplatio ad inquirendũ, inueniendũ, disponendum, & iudicandum faciat, ipse considera. Et nos post completam præsentem explicationem, hunc sigillum in ijs quæ ad Hebraicam institutionem & fortasse occultam quandã, quæ in illius linguæ misterio latet, artem faciunt, practicabimus.

Iam ad memoriæ naturalis releuamen, & ad tuiusdam artificiosæ institutionem, duplicem agnoscimus picturam. Alteram, qua super alienis descriptionibus retinendorum imagines, vel notas efformamus: cuius exemplificatio esse potest ex ijs quæ in arte vmbris idearum adnexa docuimus. Alterã, qua nos ipsi pro negotij exigentia talia ædificia ypostases, monstraq; confingimus sensibilia & phantasiabilia, qualia rerum non sensibilium memorandas valeant referre & presentare species: sic vt enim nihil intelligimus sine phantasmate, ita

non

non est quod sine phantasmate recordemur. Quæ igitur apprime memorata volumus: solerti conditione phantasiata statuamus.

PHIDIÆ, qui tertius decimus est sigillus, explicatio.

HAbet peculiarem modum quo sculptor ad inuentionem dispositionemq; faciat. Habet quo ad rerum intentionúmque memoriam adsequendam conferat: expressè verò ad dictionum reminiscẽtiam tot indiuiduas sedes instituit, quot quispiam cupit verborum habere memoriam.

Sedibus illis iuxta agricolæ conditiones perpetuos propriósque cultores destinat: qui diuersas situum adsumẽtes differentias: præcedentem adsequentémue consonantis sonantem referant: & certis differentijs alias adsumere cõbinationes vel elementa valeant: quemadmodum per enigma in fine artis reminiscendi appositum denotauimus.

Est etiam Phidias formator: vt qua pictor velut ex alijs exemplariter educit: & vbi velut super alienis delineamentis elaborans inuenitur: ita ibiq; statuarius Phidias vel quasi formatione quadam è cera effingat: vel quasi additione, pluriumq; lapillorum ordinatione construat: vel quasi subtractione incultum, informémque lapidem figurãdum sculpat.

Phantasia quam Zeusim pictorémq; appellauimus

mus: eandem non iniuria Phidiæ nomine in proposito intitulabimus.

Hæc est statuarius ille qui famosam Nabuchodonosoris statuam erexit. Hæc ordinatã fortunæ regni successionem descripsit. Hæc tropologiarum fabricat discursus. Hæc formæ conditiones in aliquo sensibili, circa quod & in quo pleraq; metaphoricè delineat, certo quodam ordine, eademq; qua meminisse volumus serie describit. Huius suffragio in centum statuarum volumine, conditiones virtutũ atq; vitiorum vniuersus, ita quandóque descripsimus: vt earum lectio delectabilior, contemplatio iucundior, distributio ordinatior, series distinctior, similitudinum comparationúmque consequenter concatbenabilium inuentio promptior, & memoria tenacior haberetur. Huius ope ad similitudinum nos facile concitauimus inuẽtionem. Quemadmodum cùm in humano supposito auaritiæ conditiones, atque proprietates figurare volui. Ad sexum, ætatem, capillos, frontem, oculos, tempora, aures, nares, os, linguam, oculos, nasum, mentum, colorem, pectus, viscera, tibias, pedes, capitis indumentum, colli ornamentum, torquem, pallam, vtraq; manu apprehensum, domum, domus partes, cubile, lectum, victus rationem, affectus, patrem, matrem, sorores, filias, socios, ministros, amicos, ægritudines, mortem, sepulchrum, epitaphium, famámque respexi. Eadémque omnia, omniúmque circumstantias, atque casus per supposita vexilli

atque peregrini multiplicata: inuentionem causam, iudicium exacuunt, & ad rerum bene dispositarum memoriam conferunt.

Ibi A tributum exigit à mortuò. B æquum laudat & nimium quærit. C à statuis exigit. D fabas arrodit. E in pera Franciscana. F Tarteſiæ felis simulacrum. G à veru & à sartagine rapit. H bonus pastor pecus tondet. I vorat hamum. K veluti polipus attractiuus. Cæteriq; similiter per ordinem tabulæ, vel cathenæ, vel elementarij, vel combinatorij, vel sensibilium, semimathematicorum, verbaliumq; locorum succedentes, ordinatè tibi perquisitæ rei membra referent.

Hic locus est adducendi principij artis figuratiuæ. In qua illud præaccipiendum est, quod omnia per oĩa possunt figurari: cogitatio enim, naturalis virtus est quæ matris naturæ vestigia facilè consequitur, si diligẽtiæ auribus, vocem eius intimius adclamãtis exhauriat: tunc enim phantasia oĩa in omnibus fingere & imaginatio omnia ex omnibus concipere valebit, concipere inquam aut per identitatis modum si eadem genere, specie vel numero sint adsimilabile & suum correlatiuum. aut similitudine, si similia. aut ꝓportione, si ꝓportionabilia. aut ironia, si absona. vt cũ pœnarũ diuitias, thesaurósque iræ, dixere. quæ excogitatio non sine venustate occurrit, licet rerũ desiderabilium diuitiæ thesauriq; dici cõsueuerint. Possumus similiter per alias oppositionis species adsimilabile ad suũ refer-

referre correlatiuum. Opponuntur enim homo & mũdus vt continens & contentum, magnũ & paruum, alijsq́ plurimis oppositionis speciebus: dicetur igitur homo mũdus incola, discurrens, paruus, speculator, mortalis, & ita deinceps. Itẽ & qui iustitiam lucernæ comparat ita modificat, vt ad eius modum rationémque insinuandam ex differentiæ consideratione ducatur ad talem eamq́ appellando lucernam, quæ qualisq́ nulla vetustate absumitur. Qui temperautiam fæminæ adsimilabit: dicat eius frontem, quem nulla senectutis ruga sulcauit, cuius pellem tempus vllum non contrahat. Exaggeratione quoq́ & ad similatione quadam multa suis comparabilibus adcommodantur. Hinc cum per librum vellet Iob fatum describere: videretq́ illum per sese non sufficere ad significandum: talem appellauit librum: qui in plumbi lamina, stillo ferreo, in celte & silice, vel in inciso adamãte futura referat. E cõtra verò cum quid plus quam ad rem propositam notandã par sit referat: ad cõparãdam similitudinem subtractione contractioneq́ quadã vtimur. In omnibus tandẽ eo insistẽdum, quo affabrè, et melius vel traductione, vel transmutatione, vel transpositione, vel cõuersione, vel antiphrasi, allusione, illusione, delusioneue quadam proposito adcommodentur. Vt vbi infernus impiorum describitur anima, cuius ignei flagrantis conscientiæ parietes, maleolentis opprobrij sulphures, horrẽdarum terriculamenta specierum, suspectiones

temere cecum animum concutientes, depictorum tapetiorum loco. Ipsis propriorũ facinorum technis ædificatam nefastam domum incolunt. Illam nulla temporis acies æquabit, non vlli vetustatis arietes deturbabunt: eius limitibus non alij, sed ipsi tãtũmodo coarctabuntur. A pari alys similitudinibus, proportionibus, comparationibus, ornamenta, habitus, indumenta, circumstantias cateráque omnia quæ ad commodum & incommodum faciunt negando affirmandóque poteris pro dignitate rei subiectæ congruenter adaptare.

DEDALI, qui 14. est sigillus, explicatio.

QVemadmodum omnis artifex qui plurimos diuersosq; intendit effectus: vel pluribus instrumẽtis, vel vnico diuersimode multiformiterq; exagitato organo, ad proprias proficiscitur functiones: Haud aliter hic Dedalus cuius subiectum multiplex, & multigenum esse potest: imo qui suo ordine circa omnia operari se valere confidit: diuersis pro rerum varietate mediis, ad prætensum opus persequendum accingitur: dum alibi per sensibilem campum, alibi per cathenam, alibi per arborem, alibi per numeratorem, alibi per centurionem, quadratũ vel circulare enciclium, alibi per inserentem, commodiorem videat aditum patere: quibus quidẽ artium, actionumq; per vniuersum vtensi-

utensilia, per centenaria, vel certos alios numeros referentibus, ex ipsis talia consingit efformator, qualia & inquirentem importunius ad inuentionẽ elaboratam concitent, & reminiscentem ab operis molestia releuent.

In inuentione quidem vnum subiectum ad propriam diffinitionem vniuersa cõtrahens, limitatis, eademq; per ipsam modificans: infinitas ab infinitis differẽtes appropriabiles suscipit rationes. Eadem n. forma per infinita supposita innumerabiliter indiuidualibus multiplicatur, variaturq; differentijs & proprietatibus: eadem materia ad infinitas alias relata formas, infinitas aliasq; suscipit rationes.

Huc respiciunt schalæ predicatorum, absolutorum, respectiuorum, quæstionum, & aliarum formarum.

Ad fixionem autem collocationis faciendam artium, exercitiorum, variorúmque actuum, cum suis medijs cathalogi referuntur: ijs n. successiuè susceptis. Certo ordine quæsita inuenientur, & collocata presentabuntur.

PERSONÆ, quę 15. est sigillus, explicatio.

SIgilli istius explicatio sufficienter ex ijs quæ sub enigmate, quod est in fine artis reminiscẽdi sunt adnotata, desumitur, & non minus ex dictis in se-

cunda particula capitis quod praxim memoriæ verborum insinuat. Nec sigillus iste certa peculiaríque inuentionis formula caret.

ARITHMETRICI, qui 16. est sigillus, explicatio.

ADeò sigillus iste ex ijs quæ hic, & secũda parte theoriæ artis reminis. (vbi de locis semimathematicalibus discurrimus) habentur aperitur: vt alia explicatione non egeat. Illud tantũmodo in memoriã reuocari velim: quod tripus, arca, sedes, cæteraq; eius generis, ita sumi debeant, vt non vnã rei speciem ad quam significandam hæc nomina sunt imposita denotent: sed ex instituto plurima quæ per transpositionem, similitudinem, proportionem, & appropriationem, vel per se vel per aliud consequens, affine, vel adiunctum denominare possunt: eadem significent.

Sicut igitur in sigillo qui vexillum dicitur: ad vnum nomen plurimos nominandos reducere docuimus: ita hic sub vno rei significato plurima significanda intelligere, eadem ratione docuisse putemur. Quod ad formam igitur attinet per tripodem intelligimus non solum quod tres habet vnius diuersorúmque generũ pedes: sed & omne quod sua forma figura, aliaq; de triginta formandi rationibus, triplex, & ternarium valet concipi vel nominari. Quod autem ad materiam spectat: non solum

lineum

lineum dicitur tale quod vere & per se est eiusmodi, sed & q̃p vel secũdum partem, vel per aliquod q̃p reipsa vel imaginatione applicatum lineum concipi diciq̃ potest. Hinc & per clauum realiter vel imaginariè adfixum, vti ferream possum concipere columnam.

CENTVRIONIS, qui 17. est sigillus, explicatio.

PRo substernendis, apparandisq̃ primis mediatis, proximis immediatisque partibus intentionum generalium, vel subiectorum communium, vel formarum applicabilium, quæ ad inuentionem, vel ad retentionem ordinabantur: difficilè est melius, vel simile artificium adinuenisse.

Hac arte statim de multis (quos non facile nec breuiter naturali vel alius modi artificiosa facultate retinere valemus) quid, quantus, quotus, quantum, vbi, & quomodo quisque referat, firmiter habebimus: Hac ratione ditatur arithmetricus seu numerator, qui est sigillus proximè dictus: ex ordinatis enim patrijs, habes ordinata cẽtenaria: ex patriarum subordinatis varijs hominũ conditionibus, ipsas quæ simili pacto digitos subsumunt numeros subordinatas decades habebis. Quarum tandem indiuiduis ad opera vel inueniendorum, vel retinendorum persequenda, numeris pluribus absolutis vti valeas.

QVADRATI encyclii, qui 18. est sigillus, explicatio.

DVplicem habemus primum generalemq; modum, per quem circa disposita ordinatè inquiritur & inuenitur, quiq; disposuis repræsentandis, atque retinendis apprimè est adcommodatus.

Horum primus est per quadratũ in plano, quod est cubum in solido. Secundus est per circulum in plano, qui est sphæra in solido: dupliciter etenim in istis proportionabilia mathematicis figuris encyclia sumi possunt: vtpotè vel ad vnam, vel ad triplicem dimensionis differentiam.

Quadratum igitur encyclium efficitur cum quatuor super vno subiecto formantur intentiones: & supra quatuor intẽtionum singulas, quæ modo subiecti vicem subeunt: quatuor efformantur alia, quarum quæq; subsequẽtibus quatuor iterum subiacent intentionibus. Et ita deinceps progrediendo, quoadusq; & disponentis intentio, & rei disponendæ negotium patiatur.

CIRCVLARIS encyclij, qui 19. est sigillus, explicatio.

EAdem quasi serie atque proportione in circulari, qua in quadrato encyclio, rerum rebus appositio prosequenda proponitur. Porro sicut ad diuersa, saltem proxima, principia, circulus, atque sphæra:

Ad binarij encyclium qui
est xix sigillus

ſphæra: quadratus, atque cùbus referuntur: nec non horum illorúmque, hæq́ illaq́ menſuræ differant: ita diuerſa eorũdem ponimus encyclia, quorum alterum vſu venit ad inuẽtionem diſtinctionum & diuiſionum eiuſdem: alterum vero ad inuentionem multipliciumquæ ſunt atque fiunt circa idem. Circularis encycliy appoſitio in facilè figurabili circuli quadrante fiat manifeſta.

COMPOSITI & elementi, quod 20. eſt ſigillus, explicatio.

HIc ſigillus eſt, quem nomine verbalium locorum intelligebamus: éſtque non ſolum ad retentionem faciendam, ſed & ad inuẽtionem non modicum adcommodatus. Ad memorandum quidem vſu venit, veluti quãdo in cõpoſitis vtpotè in dictionibus ipſis, alicuius orationis partes, ſententiaſq́ ordinatè cõfingimus: vt primam referat odiens, vel exoſus aliquis, quem nos talem perceperimus, vel fuerimus imaginati. Secundam aliquis profanatus, prophanans, vel profanus. Tertiam vulgaris, vel è vulgo diſgregatus, vel diuulgans quiſpiam, vel vulgatus. Quartam arcens, quiue arcetur, reportet: reliquas per ordinem, per reliquas ordinatè ſub ſequentes dictiones præſentabimus. Ad inueniendum etiam confert, quoniam ex vocibus omnibus, omnes reuocare poſſumus intentiones: exq́ intentionibus omnibus & quibuscúmque

cúmque, omnes & quecumq; aliæ intentiones excuſcitantur & exurgunt. Et ſi de magnanimitate ſermo ſit habendus. Odere inquam magnanimitate præditi ignobiles actus, vindictam de hoſtibus ſumere, pauperes humileſq; opprimere. &c. Profanis ab actibus quibus infamiæ notam ſubire valeant auertũtur à magnanimitatis habitu, hæc enim nihil præter agregias meditatur operationes. A vulgaribus triuialibusq; ſermonibus, curis, & ſtudijs magnanimus proripit ſeſe, abſtrahitúrque totus: illud in mentem reuocans, quod nullus vulgi comes quicquã ſapiẽter, vel egregiè ſentire perficeréue poteſt: non enim ſpectabile, laudabiléque eſſe valet, quod frèquens eſt atq; vulgare. Arcet abigítque magnanimus ab animo ignobilium appetentiam voluptatum, arcet pellitq; omnem vanam formidinem. Non perſequutionum mortíſque timor illum á via iuſtitiæ, æquitatiſq; coërcet. Ad omnes inuentionis ſpecies non vtilis eſt iſte modus: ſed ad eas tantum quæ perſuaſionem faciunt. Vt autem ad inuentionem vniuerſaliter dictam conferre valeat, hoc pacto prouidendum, vt termini iſti nõ ſumãtur p formis, ſed pro formarũ ſubiectis adſumantur. Cum in oſore aliquid quod ſignificet eſſentiam, in profano quod potentiam, in vulgato quod operationem, in arcente quod circũſtantias referat: vt ſubinde pro inuentionis opere primum inquiramus quid dictum, dicendũ, & dici poſſit circa rei propoſitæ eſſentiam, & eſſe: 2. quid

circa

circa eiusdem habitus, dispositiones, facultates, passiua actiuáque principia, 3. quid circa effectus & operationes quibus ipsa est, & quæ ab ipsa profluunt, 4. quomodo, quibus concurrentibus & concausantibus & ita de cæteris per reliqua.

Proinde sicut oratio resoluitur in dictiones tanquam in partes proximas. nec non syllabas & elementa velut in remotiores primásque partes: ita & inuentionum signa generalia, in particularia & indiuidua resoluuntur. Habent etenim elementa quæ figurẽt, & habent quibus figurentur. A enim plures figurat Aristoteles, & Aristarchos: & plures Aristarchi, Aristoteleſque plures per A figurantur. Itaque & per indiuiduorum ab elementis significatorum ordinem & per eorum elementorum combinationibus præsentatorum, eorúmque, quæ integris denotantur dictionibus ordinem: possum ad opus faciendæ retentionis, & intentandæ inuentionis accingi.

Non solum per diuersos ad eandem nomenclaturam relatos, sed per eundem diuersi mode se habentem, operantem, & collocatum: subiectorum retentionis, & inuentionis copiam cõparare docemus, vbi dicimus quo modo quandoq; formarũ multiplicationem ad tentabi-

IORDANI NOLANI
ROTÆ, quę 21. est sigillus, explicatio.

ROtæ subiectum atrium, sigulo figurator, luto subiecta intentio formabilis proportionantur. Sint igitur in rota, seu atrio A. 12. 24. vel 30. officinæ: vt Pr. sit Aucupis, 2. medici, 3. militis, 4. pincernæ, 5. musici, 6. scriptoris, 7. agricolæ, 8. sutoris, 9. Sacerdotis, 10. fullonis, 11. tonsoris, 12. lectoris. Per quos si vnus agens, vel cooperans, vel patiens feratur suis casibus: saltem 12. si duo saltem 24. si tres 36. saltem dabunt intentiones. Per quam quidem praxim si velis in mathematicis exerceri, vt si velis stellarum aspectus quo ad earum significationem, & significationes dispotisionũ planetarum in signis retinere: poteris duodecim suis circumstantys domos efformatas ita apparare, vt suis partibus atque membris talia contineant: quæ ad singulas considerationes, de ipsis & in ipsis faciendas, sint adcommodatiora. Poteris insuper septem circum rotantia suppositæ destinare, quorum passionibus, & affectib⁹ alijs, quæ in locis recipiũt: ea quæ in planetis significari debent ordinatè habeas. Quæ quidem omnia si septem implere nequeunt: alios substituimus singulorum, omniumq; successores.

Vbicumque etiam erunt quatuor, quinque, septem, quæ rationes & formas multiplici in inuicem compositione coordinationéque multiplicant: in ip-

sis

Ad rotam figuli quæ eſt
xxi ſigillus



sis sicut in propagatore, in energumenis locis, & alijs de multiplici elementario, vel combinatorio facere docuimus, est prouidendum: ad instar (inquam) illorum, iuxtà combinandorum & in cõpositionem venientium numerum, elementaria statuas: quibus tandem figuranda figurare & ipsa figurata, ad nouas integri illius figurationes inducẽdas, per rotam deducendo, valeas. Et nos id magna ex parte in artis memoriæ vmbras idearum cõsequentis, prima secundáque de adiectis particula, docuimus.

FONTIS & speculi, qui 22. est sigillus, explicatio.

PEr hæc docemus suppositum personam q3 vnam: vnam integrámque posse indicare facultatem. Hinc ad inuentionem faciendam: oculo vniformiter ad omnia visibilia se habenti, atque successiue conuerso: vnus fons, vnum speculum præsentabit vniuersa. Vnus habitus in vna quadam formali serie complebitur: dum quodlibet subiectum per illã examinabitur. Hîc prædicata sunt quæ omnibus applicabilia pro sua ratione iudicantur, hîc formæ quibus cuncta modificantur, hic q3 circumstantiæ quibus colorantur vniuersa, vt in ijsdẽ omnia generalia particulariaq3 considerabilia subiecta, distinctis propriisq3 rationibus inspicienda se tribuunt. Hinc ab alijs & à nobis instituta, inuenta, at-

ta atque completa multiplex inueniendi ratio dependet. Sigilli istius applicatio ad reminiscentiam comparandam nullam admittit difficultatem per ea quæ hic, alibique frequentius diximus.

De Empirico, qui 23. est sigillus.

SIgillus este magis apertus est, quam vt vlla explicatione indigeat. Facile enim possumus pro hortis plura instituisse atria vel cubilia: in quorum membris perpetuo figurat maneant, & veluti adiectiua loca consistant diuersa simplicium genera. Per hos hortos, atriaque ægrotãtes plurimi suis ordinibus succedere possũt, qui diuersi diuersas poterũt memorabiles formare intẽtiones: & perquisita complere remedia: dum ipsi aut ij qui pro ipsis designandis adsumuntur, vel à rebus, vel ad res sibi necessarias & vsuuenientes aliqua ratione sunt affecti.

De ALEA, quę 24. est sigillus.

PEr omnes quæ præcesserunt quæq; sequentur figurandi præsentandique rationes: aleæ memoriæ, similique retinendorum ordine, minimè possumus prouidisse: eam ob rem istam particularem propriámque excogitauimus viam, quæ plus est explicata, quam vt pluribus verbis indigeat.

GOR-

GORGIÆ, qui 25. est sigillus, explicatio.

PRo varij generis argumentis ad varias theses & disputationum subiecta, quæ eorum, quæ defenduntur & eorum qui oppugnant turba, cõfusionem perplexámque chaos effigiem redderent: ad certa definitáque loca ea quam hic insinuauimus serie dispositа referantur.

Diuersa igitur pro axiomatum, positiorum & problematum diuersitate præordinata communia loca: numero particularium locorum particulares suscipiant reddántque obiectiones: Gorgias iste (sic enim disputatorem, cui maximè sigillus iste inseruit dici voluimus) non solum in verbalibus positiuis sed & in alijs omnibus locorum speciebus ad proprias se conferre functiones poterit. Commodè enim diuersimodè disposita cubilia, varie effincti numeri, diuersæ suppositæ concathenationes: numero varietatíque verificationum disputandarum inseruient.

In ipsis cum sit nota conclusio: & duo consequenter de tribus argumentationis terminis: medij tantummodo figuram collocasse sufficiet.

* *
*

GIR-

CIRCÆORVM camporum, hortorum, & antrorum, 26. videlicet sigilli, explicatio.

DIuersas nouimus esse diuersorum simplicium qualitates: varios etiam planè constat qualitatum variarum, sub varijs congruentibus possibilibúsque combinationibus esse gradus. Ea igitur arte, qua dictiones quascúmque effigiare docuimus, ipsa rerum nomina figurata, ad illum referãtur hortum, campum, vel antrum: in quo illarum qualitates suis numeris, ponderibus, atque mensuris definitæ habeantur.

Erit ergo campus 1. calidi humidi. Secũdus calidi sicci. Tertius frigidi humidi. Quartus frigidi sicci.

Erunt subinde in campo, membrorũ quinq;, vel septem, plures, pauciorésue, pro rei exigentia, ordines: quorum primus referat calidi primum gradum cum septem humiditatis gradibus in septem ordinis domibus. Secundus calidi gradum secũdum cum septem humiditatis gradibus in proprijs septem istius ordinis domibus. Tertius tertium calidi gradum cum septem humiditatis gradibus in vnius istius ordinis domibus septem. Et ita deinceps in alijs prouidere poteris, vt tandem in specie ad locum generalem, particularem, & indiuidualem relata: qualitatem, qualitatis gradum, & graduum compossibilitates intuearis.

Sigillum

Ad peregrinum qui
est xxvi ſigillus



Ibi Circæus dicitur campus pro arboribus maiorúmque plantarum fructibus. Hortus pro herbis, floribus, atque medicis radicibus. Antrum pro mineralibus, ijſq; omnibus quæ in telluris gremio generantur, eiuſdémque effoſſæ concauitatibus deſumuntur.

Sigillum iſtum hoc in enigmate quandoq; implicauimus.

Lumine de claro ne mens peregrina vagetur,
Nec ſenſus currens pone petita cadat:
Vtque profunda virum fallat te in tartara miſſum
Ardentem fugiens vnda petita ſitim:
Coge potens Circe ſuccos tibi in atria ſeptem
Quæque ſit & ſpecies in genus acta ſuum.
Tranſfer in annoſi campum hæc ſcelerata parentis
Hæc habeant dominum cum ganimede Iouem.
Luminibuſque minax perſtans ardentibu Mauors
Hortum hunc proſpectet, Mulciberumque trucem.
Obtineas vaſti Lampas celeberrima mundi
Prolem vbi multigenam contuëare tuam.
Suaue Venus ſpirans queis cuncta viuentia vincis,
Inque ſequeſtrato diua capeſſe loco.
Secretúſque tibi credatur nuncie diuum,
Fœmina fœmineo credite, maique mari.
Sepibus abiunctas temerentur ne tua dona
Delia conſortes iunge operoſa tuas.

PEREGRINI, qui 27. ſigillus, explicatio.

DItat ſigillus iſte rotam figuli: non ſolum n. per eundem campum multiplicat vnius rei deducende conſiderationes, atque loca: ſed campum ſecundũ primo ſubordinans, efficit vt ad locorum ſecundi

cundi campi numerum, ſingula primi campi mẽbra ſubmultiplicemus: Tertium pariter campum ſecundo ſubnectens, id præſtat, vt ad locorum tertij campi numerum, ſecundi campi membra multiplicari poſſint. Similiter ſi id propoſitum vrgeat negotium: quartum tertio, quintum quarto, eo vſq; continuabimus, quoad materiæ ſubiectæ capacitas impleatur: formarúmque extenditur multiplicandus numerus & amplitudo.

Differt igitur peregrinus à rota, quia hic figulus circa vnum idemq; centrũ ſuas complet reuolutiones: ibi verò peregrinus ſingulis veluti rotæ radijs alias rotas in tertium, quartũ & plures (ſi neceſſè libitumq; fuerit) ſubalternatim ſuccedentes ordines auſpicatur, exequitur, & veluti peregrè proficiſcens euagatur. Sigillum iſtum præſenti in ænigmate complicauimus.

Vranie vatem ſublimes duxit in ædeis,
Quo faceret mentis nubila pulſa ſuæ.
Ordine prægnanter, quo ſunt diſpoſita per orbem
Indicat exacta ſingula quæque manu.
Leucadius regno ſedet hic, triſtiq; ſenecta,
Prætulit hic degens talia regna patri.
Cuſpide Marsq; potens rapit hinc ea, raptaque ſeruat:
Aureus hinc Titan hæc diuturna facit.
Blanda Venus grato numeroſa ea reddit amore:
Pacis & armorum hinc arbiter hic ſuperis.
Hinc vultu inconſtans Lucina & lumine clamat
Occubitum viſent orta, & adaucta ſuum.
Ordine ſunt poſtquam concepta palatia cœli
Bis ſenas iuuat hos iam peragere domos:
Egrediare ſenex varios ſubiture locorum
Anfractus, variis inſinuande nota.
Huic diuum ſuccæde parens, ſuccede Gradiue,

Sminthæ-



Ad quadratum encyclium qui
est xviii sigillus



Sminthæum numen, Gnidia nata mari,
Athlantis succæde nepos Cyllenia proles
Delia nec cesses cœlo Hereboque potens.

CLAVSTRI CABALISTICI et templi, quod 28. est sigillus, explicatio.

HIc duobus & viginti elemõti, 22. claustra vel templa destinantur: quorum singula in duo & viginti personarum sub vna cõmuni arte, vel operationis genere vno, se exagitantium receptacula distribuuntur ea, quæ proprias peculiaresque operationes, & actus, vel sub templorum claustrorúmque singulis depromunt, vel sub eodem vexillo, certum in memoriæ vel inuentionis exercitatione opus exequuntur: vt in ipsis quatuor definita valeas elementa contemplari, quorum primum est ex nomine atrij, secundum ex nomine sedis in atrio, tertium ex nomine artis, quartum ex nomine actus.

Ideò autem intelliguntur istorum alij degradari, alij exaltari, alij mutari: vt faciliorem viam retinendi, promptéque examinandi, quid tali de singulis semel formata conceptione seu imaginatione referatur, atque significetur.

Sigillus iste ad inuentionem maxime vsuuenire potest: per ipsum .n. materiam de qua considerandum, argumentandum & disputandum est, deducere possumus. Hoc enim ordine formis (quæ

 consi-

considerationis sunt obiecta, & quibus omnia metiuntur, discutiuntur & examinantur) generalibus 22bus, pluribus, vel paucioribus: totidem speciales sub illarum singulis cum proprijs potentiarum operationúmque modis reducibiles, subordinare valebimus. Claustra igitur, atque templa similia, vel claustris, templísque proportionalia: ad inuentionis exercitationes, iudicijq; actus instituas: ni ijs ipsis Zeuxim vel Dedalum super pingere, vel super edificare mauis.

COBINANTIS, qui 29. est sigillus, explicatio.

INfinitarum sillabarum differentium multitudinem perpaucis quam commodè imaginibus figurare combinator iste perdocet, vbi tria proponit statuenda combinatoria. Primum in quo cõconsona sonantem præcedit. Secundum in quo sonans consonãtem præit. Tertium in quo inter duas trésue consonas, media sonans quintuplici situs differentia designatur. Nos eo ænigmate in quo implicatur ars ad innumeras industrias viam aperiens, insinuauimus: vbi posita bestia in medio circuli, vel quatranguli vice multiplicis consonantis: ad quinque differentias multiplicem sibi sonantem adsciscit.

Irrugit hæc aliud rutilum si spectat ad ortum,
Primum ostentanda est frons vbi solis equis.

Nos

Ad xxix ligillum

Ad xxix ſigillum



Non pariter clamans obtutum dant vbi serò
Vltima Phœbe tui tergora quadrupedes.
Non simile est resonans vigilem spectando Bootem
Nolano ad frantem nocte diéque solo.
Haud pariter versa hæc vbi tullus corpore denso
Obsistens lumen occulit vrsa tibi.
Diuersum dictis quintum tunc intonat, in se
Non oblita sui cum fera tota sidet.
At si eius vocem saxosum prenderit antrum
Flectitur vnde aër restituendo sonum:
Aut tibi echo resonat; vel si contenderit vsus,
Euersam reddent versa elementa notam.

PRoinde sigillum istum ad quandam inuentionis speciem maximè facere est manifestum, dum in duobus, tribus, quatuor, vel pluribus circulis subordinatis, certúmque elementorum numerum comprehentibus: per eorundem multiformes volutiones atque dispositiones, innumerabiles possumus serie quadam certa combinationum differentias accipere. Nos perfectè quantum fieri potest artem combinatoriam ex duobus tribúsque elementis in libro de architectura Lulliana explicauimus. Tu ad eius similitudinem atque analogiam, numeris alijs complendis combinationibus, poteris adaptare.

INTERPRETIS, qui 30. est sigillus, explicatio.

SIgilli vniuersi qui ad dictiones referũtur, & vocabulorum formatiuæ rationes omnes, istius superuenientis sigilli possũt esse subiectum. Ni quippè

interpretationi ſubiecta dictio præ extiterit, qui fieri poteſt vt aliqua ratione interpretem inſtituamus? Homini affecto expatria, loco propriò, arte, artis operatione, & organo: per quæ eius formationis eſt præſentatiuus, ibi quod ſignificandum eſt accidere intelligatur: vbi & agens commodè operetur, & operatio proprius exequatur. Cætera quæ 30. ſigillus habet, explicatione non indigent illud tantummodò præſtemus vt tres pro paradigmate tabulas ſub inferamus ad Hebraicum dictionarium maxima facilitate figurandum, atque retinendum.

I.	A.O.I.E.V.	Rex	Magus	Fons
II.	B.	Princeps	Piromantus	Porticus
III.	G.	Dux	Geomantus	Pyramis
IIII.	D. Dh.	Comes	Arithmantus	Lucus
V.	H.	Præſidens	Ydromantus	Patibulum
VI.	V. cons.	Iudex	Aeromantus	Laurus
VII.	Z.	Conſiliarius	Aruſpex	Antrum
VIII.	H. CH.	Senior	Augur	Sedes
IX.	T.	Actor	Ypnomantus	Solium
X.	I cons.	Secretarius	Sortilega	Columna
XI.	C. CH.	Satelles	Veneficus	Altare
XII.	L.	Pontifex	Stertomantus	Fluuius
XIII.	M.	Sacerdos	Chiromantus	Nauis
XIIII.	N.	Prophæta	Obtalmantus	Flax
XV.	S.	Doctor	Metuſcopus	Puteus
XVI.	H.	Lector	Energumenus	Lauacrum
XVII.	P. PH.	Cantor	Tinnomantus	Mensa

XVIII.

XVIII.	T S.	Sacrista	Astrologus	Fornax
XIX.	Q.K.	Corbonarius	Logomantus	Terminus
XX.	R.	Lampadarius	Odomantus	Saxum
XXI.	SCH.S.	Ostiarius	Exortista pytho.	Specula
XXII.	T.TH.	Custos	Necromantus	Sepulchrum.

IBi ad elementorum triplicationem, regẽ in atrij fontis primo cubili intueberis, vt tribuat A a a. Princeps in atrij portici secundo cubili dabit Bbb. Dux in atrij pyramidis tertio cubili reddet G g g. Similis de cæteris est ratio. Ad tres autem radicales varias designandas, facies vt cum per Regem in atrij patibuli tertio cubili habes A H G. per præsidem in atrij luci duodecimo cubili, Hdl: eadẽ de cæteris est ratio. Atriorum singula duas & viginti ad summum habebunt partes, quorum vnumquodque eodem ordine distributas habebit sedes, dummodo prima sedes habeatur à qua atrij denominatio desumitur. vt in Atrio fluuij (quod signat L.) prima sedes est fluuius, 2. fons, 3. porticus, 4. pyramis. In atrio fornacis, prima sedes est fornax, 2. fons, 3. porticus, 4. pyramis. Ita in alijs.

Ibi Magus, pyromantus, geomantus & qui sequuntur, vel homines, vel atria, vel atriorum cubilia denominare possunt.

Tabula isti ad commodata est figura quadrata duobus & viginti constans ordinibus quorum singuli totidem habent cubilia: Tu ad instar illius duas & viginti tabulas tibi substernas. in quarũ ca-

pite no-

pite notam vnius elementi quod præsidem significat apponas. In cubilibus ordinum singulorum successiuè per diametrum ab angulo dextro superiori ad sinistrum inferiorem alterius elementi notam inscribas quod ad ordinem denominãdum instituitur. In singulis verò ordinum cubilibus illud tertio habes elementum quod recta sursum vel deorsum, vel in ipsa sede inspicitur: vt ibi vel à præside per singula duorum et viginti atriorum ad 22. domos: vel à singulis atriorum per 22. cuiúsque domos, in campum vel ad præsidem cõmodè fiat accessio.

SECVNDÆ TABVLÆ CONSTRVENDÆ TYPVS.

I.	Aurifex	Asinus	Hebes
II.	Textor	Bos	Tardus
III.	Impressor	Vulpes	Astutus
IIII.	Ferrarius	Lupus	Rapax
V.	Stabularius	Porcus	Immundus
VI.	Miles	Vrsus	Ferus
VII.	Consiliarius	Cervus	Fugax
VIII.	Bibliopola	Pica	Loquax
IX.	Musicus	Talpa	Cæcus
X.	Barbitonsor	Hyrcus	Salax
XI.	Crepidarius	Canis	Blanditor
XII.	Caupona	Leo	Fortis
XIII.	Pincerna	Mulus	Sterilis

XIIII.	Lanio	Noctua	Maleficus
XV.	Pastor	Serpens	Maledicus
XVI.	Agricola	Gallus	Excubitor
XVII.	Olitor	Felis	Insidiosus
XVIII.	Aleator	Equus	Furens
XIX.	Magus	Cornus	Diuinator
XX.	Lictor	Symia	Histrio
XXI.	Pictor	Aries	Ferax
XXII.	Voluptuarius	Taurus	Iracundus.

HVic tabulæ adcommodata est figura quadrata In qua vel ab angulo superiori (in quo spaciũ est pro singulari elemẽto) per media numerata & designata: ad angulum inferiorẽ descenditur: dum vnam bestiarum per oẽs qualitatum species deducentes: ita in claustris artificum affici concipimus, vt significanda significet. Vel ab angulo inferiori singulariter capto per eadem media ad angulum superiorem fit ascensus: dum vnicus artifex per singulas duarum & viginti affectionum, in plures vel omnes bestiarum species in suis atrijs ita commigrabit: vt hæc quæ sunt adsignificãda, præsentet. Tu ad illius similitudinem duas & viginti figuras ordinabis: in quarum angulis superioribus, vel inferioribus singula per ordinem inscribas elemẽta: opposito angulo existente vacuo proijs designãdis elementis pluribus, quæ in tertium à primo per media accipiuntur.

TER-

IORDANI NOLANI
TERTIÆ TABVLÆ CONSTRVENDÆ TYPVS.

I	Doctrina	Venator.	Laqueus, canis & 20 alia
II	Domus	Holitor	Cribrum, a[illegible], & 20 alia
III	Plenitudo	Pistor	Frumentū, farina & 20 alia
IIII	Tabulatum	Pastor	Bos, ouis, sus, & 19 alia
V	Vanitas	Coniux	Puella, lectus, & alia 20
VI	Concordia	Medicus	Cōfossus æger, oleū, & al. 20
VII	Oblatio	Fabaligna.	Serra securis malleus & rel.
VIII	Vita	Miles	Equus, lācea, scut. & 19 alia
IX	Bonum	Caupona	Olla, cacab⁹, veru & 19 ali.
X	Principium	Pincerna	Cyathus, amphora & 20
XI	Manus virtus	Gerulus	Saccus, Dolium & 20 alia
XII	Disciplina	Musicus	Timpan⁹, tuba, lyra & 19 al.
XIII	Ex quo materia.	Scriptor	Liber, Folia, & 20 alia
XIIII	Sempiternitas.	Fur.	Aurum, Vestis & 20 alia
XV	Admirorium	Agricola	Falx, iugum & 20 alia
XVI	Fons oculus	Sygillator	Frons, archa, & alia 20
XVII	Os	Faber vnic.	Incus, folles, & alia 20
XVIII	Iustitia	Sutor	Acus, forceps, linea & 19
XIX	Vocatio	Lanio	Bos, machera, aries & al.
XX	Caput	Tonsor	Scyphus, sedes, speculi &c.
XXI	Deus	Ejiciator	Ham⁹, tridēs, retia & 20 al.
XXII	Signum	Sacerdos	Thuribulum, vitta, mytra.

PRæsenti tabulæ figura quadrata adcommodatur, in qua duplex à medio singulari (pro quo est spacium designatū, vt in paratis 22bus figuris, 22. valeas elementa inscribere) fit progressio: vel per notas absolutas ad ipsas numeratas, dum artifex ministérue medi⁹: vel per singula 22rū atriorū ad multiplex cubile proficiscitur: vel per notas numeratas ad absolutas per multiplex cubile numeratum in atrium regreditur.

Hic sunt per nomina hebraicorum element-

rum

rum designata atria, quorum singula totidem artes complectuntur & exercitia, ad quorum singula 22 referuntur organa vel actiones. vt trium radicalium hebraicorum terminorum signa adipiscare. Facili enim additionis atque subtractionis opere: facilè cæteris (quæ non sunt plurima) radicibus & non radicibus ad significandis prouidebis.

De explicatione deductionis multiplicis formarum non sensibilium de sensibilibus.

QVot, quibus, qualibus q̃, modis formæ non sensibiles per eas quæ sensibus patent figurandæ, notandæ, atque retinendæ sint, non modo hic, sed & alijs in locis amplius expressimus. Copiosissime autem in vno de clauis magnæ voluminibus quod sigillorum sigillus intitulatur: vbi non solum docemur non sensibiles de sensibilibus: sed quascunque de quibuscúmque, ad omnes animi operationes, ex naturalibus, ex artificialibus, & fortassè diuinis quodammodo principijs, formas elicere. Ipsum plurimis, grauibúsque causis præsenti pertractationi continuamus.

Explicationis minoris 30. Sigillorum.

FINIS.

PHILOTHEI
IORDANI BRVNI
NOLANI SIGILLVS SIGILLORVM: AD OMNES ANIMI DISPOSITIONES COMPARANDAS, HABITVSQVE PERFICIENDOS AD COMMODATVS.

HÆC mihi inter alia diuinus ille spiritus qui sordidis vnquam non cõquieuit ingenijs insinuauit. Hæsitanti tibi, & ad rem ipsam pœnitus inflãmanti, illud principio intẽtandum vt ipsum à quo excitaris exterius, & incitaris interius primum proximúmq; Deum colas, principẽ magnifices, numen inuoces, & lumen adspicias. 1.

Tria subindè in arte humana omni esse debere memento. Singula 1. sapienter priusquam fiant excogitentur. 2. maturè strenuéque expediantur. 3. ea quæ excogitata exprõptáque sunt seruentur, atque viriliter defendantur. 2.

Hinc tres deos artibus omnibus præsidere tradit antiquitas: Palladã, Vulcanum, & Martem. Hæc est opificia quædam numinum trinitas, Ioui summo rerum architecto semper adstans: ita vt quem- 3.

quemadmodum trinitas tota ad Iouem: ita Vulcanus & Mars ad Palladem.

4. Horum trium in arte diuina regnantium, tria quoq; in natura videmꝰ esse vestigia. Palladis vestigium ordo, quo res disponuntur: Vulcani velox progressus, & prompta quasi ad partum properatio, Martis structura a generantibus tradita genitis.

5. Ita singula quoq; à perenni fonte, 1. effluunt, 2. nascuntur, 3. dum originem suam repetunt, in eundem reflunt. 1. fiũt, 2. adolescunt, 3. perficũtur. vnde idem principium, medium, & finem vocauit orpheus.

6. Ad hoc sane prouocandũ atq; tentandũ te cogit necessitas: per quam in discrimine positus homo, appetit attrectatq; pennas (vt aiunt) diluculi: ita volente Ioue qui ne humanũ torpeat ingeniũ viuidaq; illius emoriatur duris rebus vrgentem addidit egestatem.

7. Memento Prometheũ non placuisse dijs: vt potè qui deorum thesauros spargens, in torporem genus humanum concitare videretur. aut qui promiscuè dignis & indignis quiddam excellẽtissimum communefaceret.

8. Habeas ergo tu, tecumq; pauci salutaris istius nectarei liquoris gustũ: quo cum Lethæi fluminis lethargicos humores pœnitus expurgaueris: facilè primo cœlestem cum dijs cœlestibus vitã, mox supra cœ-

pra cœlestem cum super cœlestibus circuitum prosequare: vnde cum copia attoniti vulgi iacentes Carneadem, Cycneam, & Methrodorum, nõ altius intuebere consistentes.

Et si tempus Pythagoricum indocilissimum omnium, atq; stultissimum (quandoquidem per ipsum oĩa obliuione deleãtur) comprobes: Symonidis quoque tempus (cuius beneficio omnia quaruntur, discũtur, inueniuntur, obliterata reclarescunt, precisaq; repullulat) nõ improbabis. 9.

Cunctis, pro sufficientia, exquisitas alias tribuit natura: perpauci vero admodum sunt, qui eas norint explicare ad eum aerem diuidẽdum, atq; pulsandum: qui non minus pulsanàus ad volatum cõducit atque praestat, quam diuidendus obesse videtur. postquam enim ipsum laborans diuidendo cõmoneris: ipse non ingratus te fulciendo promouebit. 10.

Obiciuntur nobis res, signa, imagines, spectra, vel phantasmata. Quorum differẽtia sunt odibile quod est deforme, & malum: & appetibile quod est pulchrum, & bonum, & composita ex duobus, vel tribus horum amabile bonum: odibile, deforme. Item captu facile, quod est nec excellens, nec deficiens sensibile cum abstracto intelligibili: & captu difficile quod est remissum vel excessiuum sensibile, & sua natura maxime (cum sit sine abstractione) intelligibile. 11.

Quibus

Quibus mediantibus natura ornat sensum, cõupiscentiam, intellectum, & voluntatem: vnde ꝓdit videre, tangere in genere, imaginari, cogitare, primum memorari, ratiocinari, & intelligere vnde nascitur secũdum memoratum quod intellectus adeptus & in habitu consueuit appellari. Quibus adijcitur formatio cuius species sunt, opinio in genere, aporia, scrupulus, synderesis, fiducia, & illectio ingenere, quæ excitat voluptatẽ, ambitionẽ, curiositatẽ & fiduciam: & profligatio quædã incitans in abominationẽ, terrorem, & horrorem. Quæ oĩa pariunt hinc electionem, & fugam: inde assensum & dissensionem.

13. *In ijs est Simplex apprehensio, vel conceptus 1. Numeratio, Mensuratio, Ponderatio, Diuisio, Distributio, Distinctio, Ordinatio, Definitio, Propositio, Argumentatio, Intellectio, quæ est simplex conceptus 2. & (quam ita placet appellare) Mentatio.*

14. *Istis eo pacto à nobis dispositis, & à te vt intelligi debent intellectis: Illud est mente perpendendum: quod eorum quæ natura fiunt, & quorum reddi facile possumus contemplatores: primum Ideas ad quarum exemplar vniuersa quæ sunt genera, generumq́ species producuntur, in primi opificis mente præexistere: Moxq́ sub illis, aut indiuidua pro eorum incorruptibilitate speciem preferentia integram: aut in fluctanti materia succes-*

sione

sione & distributione quadã cõtinuantia atq; multiplicata, ordinibus quibusdã emergere in lucem. Hæc inquam à prima mente primo comunicãtur intellectui: per quem in naturam prodeũtia (postq; in archetypo immenso quodam præexstiterant modo) fiunt quasi margine quadam inclusa & ita naturaliter subsistentia.

Hîc per sensus quasi ianuas quasdam è metha- 15.
physicis redduntur physica: ex physicis fiunt rationalia & interioribus hominis discutiẽda sensibus, vbi immaterialiores perpetuanda subeunt facultates.

Itaque à mundo supremo, qui est fons idearum 16.
in quo dicitur esse Deus, vel qui dicitur esse in deo: descẽsus est ad mundũ ideatum, qui per illum & ab illo dicitur esse factus: & ab isto ad ipsum qui vtriusq; præcedentis est cõtemplatiuus, quique vt est à primo per secundum, ita cognoscet primum per secundum. Vnde circuitu quodam fit à primo ad tertium discursus, & à tertio recursus ad primum: vel (si mauis) reflexione quadam à primo ad tertium fit descensus, à tertio ascensus ad primum per medium.

Quam mirabile erit opificium tuum: si opificio 17.
vtriusq; naturæ conformabere, si verò excors & errabundus efficiare, è cõtrario confusissima opple-

bere caligine quam vmbrã mortis appellant. Sic memoria & intellectu, mundi triplicis fabricam atque seriem, non sine ijs quæ continentur in eo, concipere valebis, atq; parere. Vti vterum ipsum, atque matricem admirandam propagãti lumini exposueris ab hespero, vel ab ortu: à merinoctio, vel à meridie: ita occurrens ipsum amplecteris.

18. Illud subinde non prætereundum: quod velutĩ naturaliter sensus, eorumq; organa, facultates, & actus ad vnum quasi centrum reducuntur vnde proximum phantasiæ atrium formis memoriæ cubile per cogitatiuæ triclinium subeuntibus colant: haud secus per bene placitum memorari cupienti opere prætium est ordine eodem attrectare viam. Ideo enim quædam millies visa atque audita importunius te fugiunt: & quædam semel & obiter sensibus ijsdem attacta, vbi æternum sunt actura æuum in memoriæ penetralia captant: quia hæc ab ipsa phantasia obsorptum, per cogitatiuam digestum habent, illa vero aut neglectum in foribus, dispersere: aut vllo sine pipere intrusum non minus perdidere.

19. Haud igitur temere obliuionem insensationem quãdam appellauit Socrates: qui si eadẽ ratione & memorabilis iactum semen à memoria nõ cõceptũ, insensationem similiter quãdam appellasset: rem sane prosundiorem explicasset.

Ni igi-

Ni igitur vinacius phantasia sensibilibus pul- 20.
sauerit speciebus: cogitatio non aperiet: ostiaria
quoque cogitatione non aperiente: easdem indig-
nans Musarum mater non recipiet.

Excitent ergo quæ comitante discursu, cogita- 21.
tione, fortique phantasia mouent affectum: qui-
busq; Zelantes, Contemnentes, Amãtes, Odientes,
Mærentes, Gaudentes, Admirantes, & ad sensu-
rum trutinam referentes: cum Zeli, Contemptus,
Amoris, odij, Mæroris, Gaudij, Admirationis, &
scrutinij speciebus, cum memorãdæ rei forma affi-
cimur. Porrò fortiores, atq; vehementiores, forti-
us consequentia quadam, atque vehementius im-
primunt.

Hos autem si vel tua vel rei concipiendæ, natu- 22.
ra nõ adferat: industria citet affectus. In istis enim
exercitatio nedum ad optimos pessimósque mores
viam aperit: sed et ad intelligentiam (& quantum
per hominẽ fieri potest) omnium pro viribus eius-
dem, actiuitatem. Confirmatur hoc quod populi &
gentes quibus promptior est libido, & ira, sunt acti-
uiores: & ex ijsdem intense odientes & amantes,
apprimè impios: aut si sese vertant quo diuinus eos
agat amor, atq; zelus: apprime religiosos habes.
vbi idem materiale principium summã ad virtutẽ
pariter proximũ esse atq; ad vitium potes agnoscẽ.

23. *Hunc amorem omnium affectuum, studiorum, & effectuum parentem (qui proximè allata causa geminus est) dæmonem magnum appellauit antiquitas, quem si tibi affabre concilia ueris, omni procul dubio nil tibi supererit difficile. Itaque pro vt expedit explicauimus, vnde quasi per artem non solum rerum memoriam, sed & verietatem atq; sapientiam per vniuersum humanam possis assequi.*

§ I. CAVTELA.

24. *VErum ad hæc, præsertim verò ad Hesperidum genitricem, cautelas minimè non necessarias explicemus. Quarum prima inde desumenda est, quod eorum quæ sensibus internis (quibus formas adfigere consueuimus) præsentãtur, quædam sunt figuræ, idola, imagines, simulacra, exemplaria pura, vel virtute machinantis phantasiæ confusa, disiuncta, cõpacta, ordinata: quædam verò existiusmodi quasi parturientibus in sensum phantasticæ facultati succedẽtem iniecta. Primi generis extãt de sensibilibus ijs quæ secum innotescendi trahunt facultatem accidentibus indumenta subsistentium cõpositorum. Secundi generis affectiones quædam, quæ cum non sint indumenta compositorum, minimè quidem per sese: verum cum illis atque per illa, in cogitationem, præsentem intellectum, atque memoriam ingeruntur.*

Phan-

Phantaſmatum igitur (quorum ſpeculatione ceſſaria fertur) concinnare ſpecies oportet: vt felix in actibus ſuccedentium potẽtiarum habeare: adaptantur autem cum tales redduntur, quæ per ſe ipſas valeant formas non ſenſibiles accire. Eiuſmodi vero quomodo effingas ſi noſſe cupis, optimum naturæ ducis conſule magiſterium, quæ ab extrinſeca lupi figura, & viſibilibus dũtaxat delineamentis, inimicitiæ apprehenſionem, mortíſque metum internis onis ſenſibus intrudit. Id conſideraſſe eſt principium quo memoria concipit & pro tempore paritura retinet: & quibuſdam lenibus ſpeciebus per oculum, animi affectus varij commouẽtur. 25.

§ II. CAVTELA.

CAueto ſubindè ne corporeo organo (vt fama eſt) memoriam alligatam exiſtimans, quaſi ipſam in introſpectum prouocans, animæ facultatem cõtrahas. Id quidem aduenit ijs qui clauſis oculis ſpiritum in caput accerſentes, reminiſcentiam ſibi cõparare & preterlapſas reuocare, vel cõfuſus diſcutere implicáſque excutere ſpecies autumant. Haud enim ea ipſa actio diſſimulat animum inde ad ſuam operationem magis atq; magis hebetari: quanto n. plus inſiſtunt & vrgent, tanto amplius redduntur immemores. Mitto aliorum animi affectuum ſuſpectam & ſuperciliioſis damnabilem cõ- 26.

ſideratione. Hic modo miſelli manum fronti admouent, nunc occiput percutiunt, iam digito teſtam ſcalpunt: & tamen hoc ipſum continua teſtatur experientia quod quæ prius reminiſcẽdi ſpes aderat, interimitur.

27. Et certè neſcio quid ſacramẽti ſit in manu quæ temperatius ſobriuſq; enutrito & minime laborãti, diuina conciliat inſomnia: concupitarum reuelationum prouocat aſpectum, & earundem enutrit ſeruatq; memoriam. Capiti verò dormientis ſuppoſita, vel mox euigilanti admota, aut prorſus inſomnij memoriam corrumpit: aut etiam ſi ſomniaſſe recordetur, quid tamen ſomniarit, illi non ſubibit: quod ſi tamen minor, minuſq; tempeſtiuus fuerit attactus, ægrè recordabitur & mutilatim. Et nouimus per ſe manifeſtum eſſe (quantumuis paucis notum) inſignis ſtultitiæ ſignum in iis qui per vniuerſum à capitis non temperant contactu per propriæ manus admotionem. Et vix capio miſterium de quibuſdam Galileis qui repẽte, in ſummos euaſere theologos, & alios manuum impoſitione in eamdem ſufficientiam promouebãt. Cauendũ porrò cenſeo ne ſine delectu alienæ manus in caput admittantur. Sed eo vnde prolapſi ſumus redeamus.

28. Ne inquam putes per introſpectum quemdam potius quam adſpectum ſeu proſpectum memoriam fieri vel comparari: effuſione enim quadam prouenit

uenit qua nõ inquam ex oculis ſed ex innominata quadam animi facultate, quæ in genere intentionis vel intendentiæ cuiuſdam habetur, & ſepoſitum, velutiq; ſeorſum poſitum intuetur. Et nimirum quod experimur rem pupillæ impoſitam non diſcerni, remotiorem verò poſſe: tanto magis ad animã eſt referendum, quanto ipſam plus à materiæ finibus elongatam nouimus. Adhibeto igitur interuallum: quomodo enim occurret tibi (ait vnus de principibus philoſophis) quam magnum eſt cælum, cum forma intus accepta tanta eſſe non poſſit? Memento igitur, non ea quæ ſunt in nobis, ſed res ipſas per ea quæ ſunt in nobis eſſe inſpiciendas: quamuis enim animæ præſens adſit imago: non tanquam ipſam, ſed tamquam per ipſam aſpicientes intendamus animo. Temere enim eorum quæ ſenſus percæperat, quaſi figuram quamdam opinaberis in animo ſeruari, vt animus inde figuretur, & veluti quoddam admittat impreſſionis veſtigium: ſequẽs enim ſpecies ad figurandum animum accædens, neceſſariò præcedentem alteram deleſſet.

§ III. CAVTELA.

His adde quod Euridice dum retro ad inferos reſpicit luce priuatur anita: & Orpheus ipſa. 29.

quis enim impune quæ obiere mente repetet? quis admouens manum ad aratrum & retrospiciens aptus est ad metam? Simpliciore singulariq; intentione magis, simplicissimáque maximè proficit animus, qui vnitum saltē pro facultate efficit, quod vnum reddere non poterat. Huc pertinet illud nostrum.

Euadens cęcam sensuum pentapolim
Non apta ad superādum mōtis verticem
Conuersa retrò nata Loth in Sodomam:
Hęsit, in insensatum versa lapidem.

Debilitatur Mnemosine nostra, desipitq; remis non petita pariter atque velis. Ne igitur vna facultate in puppim, altera verò recumbat in proram. Ab alieno interim desistant opere, neq; turbent potentiæ opem ferre minimè valentes. Satis apertū quam facilius accuratiusq; sopitis externis sensibus, interiores nobis sensus insinuent: nec vlli dubium est quēadmodum maximè ad aliquid inspiciendum intentus, eo auditu redditur hebetior. Externo quoq; lumine orbatus Homerus, adcò interno valuit acumine: vt in ipsum tum diuinitus, tum partas humanitus artes vnus de principibus philosophis concurrisse asseruerit. Virtute corporea defloręscente, animi virtutem floręscere intellexit ille qui virtutem in infirmitate perfici credendum proposuit.

ℊ IIII. CAVTELA.

A Circæis dæmum veluti proculis abſtinentes, 30.
caueamus ne animus à ſenſibilibus ſpeciebus illectus, ita ſui in ipſis fixionem faciat, vt intelligibilis vitæ priuetur delitijs vinoq; affectuum corporeorum, & vulgaris authoritatis (quæ cum pulſauerit aures ſine diuino vel rationis lumine nõ abſque æternæ vitæ diſcrimine in nobiliſſimum conſenſus noſtri triclinũ introducitur) ebrius, perpetuo in præſumptuoſo ignorãtiæ domicilio titubando pernoctet, ibidemq; turbatæ phantaſiæ velut inſomnijs exagitatus, amiſſis connatis alis intelligentiæ, proruat, & Prothei contemplatus vultum, nũquam concinnè formatam in qua cõquieſcat ſpeciem inueniat. Deſinamus igitur deſinamus eas quæ veluti rerum ſunt vmbræ à ſenſibus obiectas ſpecies admirari, et illud in nobis caueamus vt ad auſcultãdum domeſtici in animo intellectus agẽtis affatum regrediamur. Hîc enim deorũ dapes habẽtur qui iam iamq; pulſantes ad oſtium vt nobiſcum prandeant cõuenere. Illud etiam caueamus in obiectis, vt conſideremus numquam adamuſſim imagines exemplaribus reſpondere. eaq; de cauſa vt minus explicatum & certè (vt eſſe poteſt alienum ens ab eo quod eſt entis: accidens à ſubſtantia: ſonus ab eo quod reſonat) diuerſum, & aliud. Haud enim quod concipi debet de veritate rerum ab vlla ſenſibili

ſpecie ſatis exprimi poteſt: ſed veluti per nutum ſuis accidentibus ſe nobis eſſentia rerum inſinuat. Eademq; nos verbis noſtris adhuc amplius deficientibus, veluti per notas, & ſigna quædam non ſatis exprimimus. Qua de re Pythagorici, Plato & qui negatiuam meditantur theologiam: omnem dictionem à diuina prædicatione denominationéque abigendam exiſtimant: vt quid qd (etiam perfecti) de rerum principe dici & cogitari poteſt: idem per adcurſum ad eminentiſſimam inattingibilémque rationem propriè etiam negari debeat.

DE QVINTVPLICI ET SIMPLICI PROGRESSIONIS gradu.

DE I. PROGESSIONIS gradu.

31. *ADhæc quatruplicem potentiarum cognoſcituarum progreſſum ita regulare debemus, vt à ſenſu qui eſt circa corpora, ad phantaſiam quæ circa corporum ſimulacra verſatur: ab hac ad imaginationem quæ circa ſimulacrorum conſiſtit intentiones, & inde ad intellectum qui circa ſingularum intentionum naturas communes meditatur, ſine errore conſcendamus. In iis ſenſus infimum obtinet cognitionis gradum eiuſmodi progreſſus, quia alia tantum attingendo efficitur: ideoq; rectæ lineæ comparatur. Intellectus autem circulo: omnino enim ſua, & circa ſe ipſum contemplando operatur. Ratio verò me-*

rò media habet actum nec pure rectum neq; circulare: & ideo obliquæ lineæ eius progressio adsimilabitur. Ad sensum quidem pertinet quæ extra animam sunt non quidem planè cognoscere, sed potius cognoscenti nunciare. Ad imaginationem verò nõ solum ea cognoscere, sed etiã ea quæ sunt in anima, vtpotè sensuum actiones. Ad rationem præterea se ipsam inuestigare. Ad intellectum autem & se ipsum cognoscere. Sẽsum quidẽ (quia sentimus semper) iudicamus esse nostrum: de intellectu vero ambigunt Platonici & quia eo non semper vtimur & quia est separatus: separatus inquiunt, quia non ipse annuit ad nos, sed potius nos ad ipsum supérne aspicientes. At fallũt & fallũtur ita dicẽtes, magis n. conuenit vt intelligamus & ipsum ad nos & nos ad ipsũ adpellere: vnde & ille noster, & nos illius. Nos quidẽ semper illius quia nos semper illuminãs perpetuò præsentes habet: quantumuis non ille nobis perpetuò præsens & consequẽter non semper ille noster: quia nõ semper intẽdimus, nec semper illuminamur. Nos igitur pfectè habem⁹ sensũ, licet eo pfectè nõ vtamur. Perfectissime habemur ab intellectu qui sine intermissione in nos agit. Mediæ verò, potẽtiæ quæ ab imaginatione vniuersaliter dicta denominantur, secũdum qd nos habent, & à nobis habẽtur. Formæ rerũ in mẽte sunt omnino essẽtiales: Formæ illinc ab æuo rationi impressæ, sunt quasi essentiales. Quæ nouiter, & quotidie à mente resultant in ratione minus adhuc essẽtiales indicãtur.

Quæ

Quæ in rationem ab imaginatione eduntur sunt quasi accidentales. Quæ à sensibus in imaginationem, ea prorsus accidentales existunt. At illud hic non est dissimulandũ quod dupliciter dici sensus consueuit. inferior videlicet, hicq3 est quo non natura rei vel qualitas vlla discernitur: sed affectio quædam dumtaxat à corporeis qualitatibus illata sentitur. Et superior qui naturã qualitatemq3 persentit. Primus stupidus est & veluti dormiens, plãtis quoq3 conueniens: secundus animalium tantũmodo proprius perhibetur. Est porrò & tertius quidam modus quo sensus significat: Epicurus enim cognitionem omnẽ appellat sensum, Democritus & Empedocles intellectum, Pythagorici mentem & spiritũ altorem. ipsumq3 intelligũt esse in omnibus pro sua ratione. Et certe ex nostris prĩcipijs nos hæc omnia in vnum cõcurrere principium iudicamus. Mens n. quæ vniuersi molem exagitat, est quæ à cẽtro semẽ figurat, tam mirabilibus ordinibus in suã hipostasim educit, adeò egregijs technis intexit: exquisitissime plãtas, lapidumq3 adhuc spiritu vitã nõ carentũ venas caracterizat & impingit: à quibus omnibus animales virtutes effluere satis est cõpertum ijs qui in naturalium consideratione nõ cacutiunt. Hic si tua contemplatio insistat non frustra te sensu præditum esse crediderim.

DE

DE SECVNDO PROGRES-
sionis gradu.

DVplicem ſubinde in nobis eſſe imaginationem conſiderato. Primam quidem in anima ratiocinãtem experimur diſcurſionis iudicijq; compotem, rationique quodammodo ſimilem. Secundam verò in anima, ſeu vita, in nobis ratione carentẽ, ab hac impreſſam: quæ quidem imaginatio non tam ratione vtitur & diſcurſione: quam fertur inſtinctu quodam circa corporis paſſiones, & tanquam cõmunis ſenſus principium eſt ſenſuum reliquorũ: Secundam harum dicunt Platonici & Ariſtotelici eſſe in brutis ſine prima. Sed hæc dictio magis voluntaria eſt & fidei credulitatem exigens. quam vt vera probari poſſit & rationem conuincere. Facilius n. eſt carpere, quam demonſtratione concludere intellectum. in omnibus pro ſua ratione non inditum & inſitum: indiuiduamq; mẽtem magis intimam eſſe rebus, quam ipſas diuiduas ſibi poſſe: eamq; ita fecundam eſſe, vt in omnibus pro captu proprium pariat intellectum: quem libere ſenſum, mẽtémue propriam, vel inſtinctum poſſis appellare, dummodo bene ſentias. Sicut n. nullus color eſt actu ſine luce, licet alius magis, alius autem minus explicet ſeſe: ita nihil ſine intellectus participatione quoquo pacto cognoſcit: illam. n. pro rerum diuerſitate, & multitudine ſpecierum, in omnia quadam 32.

ana-

analogica progressione descendere dicimus: sensum verò ascendere. Imaginationem quoq; hinc, rationẽ autem inde descendere pariter & ascendere: ita vt eadem virtus & cognoscendi principium idem, à diuersis functionum et mediorũ differẽtijs, diuersas recipiat nomẽclaturas. Hinc fortè Plotinus (quî distinctione ab ista nõ abhorret: si non ex toto, magna tamen ex parte nobis consentire videtur) tertiam quamdam imaginationis speciem collocat in parte vegetali: eámq; negat esse discursionem per formas sicut prima. & intuitum formæ sicut secunda: sed formæ intus vigentis in se ipsa expressionẽ, & impressionem in materiam: vbi naturalis actio, tamq; imaginatio quædam & substantialis quidã agens esse perhibetur. Huic sententiæ affinis est illa, quæ vult naturam illam esse intellectum infusũ & intus operantem. Et certe à non imbecilli connexione, vnione, & fortè vnitate & identitate quadã prouenit, quod à facultate elementatiua, vegetatiua perficitur: ab hac concupiscẽtia & sensus: ab ijs ratio & imaginatio: à quibus tandem voluntas atque intellectus. ex quibus demonstratiue concludi potest, quod si in sensu sit participatione intellectus, sensus erit intellectus ipse. Hæc nr̃a assutio virtutis ab vna potẽtia in aliam: nõ est materiæ sed formæ. Et difficilè est videre quomodo forma formæ continuetur & quomodo forma citra materiam, natura vel ratione sit diuidua. vna igitur simplex essentia

vnius

vniuſ primæ totalis & ſimplicis eſt efficaciæ: quam in ſubiecto diuidi, diſtingui & multiplicari neceſſum eſt: & vnum idēq3, diuerſas à diuerſis actibus accipere denominationes, vt dicatur ſenſus in ſe ſentit tantum. In imaginatione perſentit etiam ſe ſentire: ſenſus quoque qui iam quædam imaginatio eſt: imaginatur in ſe, in ratione imaginari ſe p̄cipit: ſenſus qui iam ratio eſt: in ſe argumētatur, in intellectu animaduertit ſe argumentari. ſenſus qui & iam intellectus: in ſe intelligit, in diuina aūt mēte intelligentiam ſuam intuetur. Mens autem diuina, in ſua eſſētia viua poſſidet, & inuenit vniuerſa. Et intellectum vſq3 ad materiæ profundum illuminat. Hic eſt lux qui in denſiſſimis tenebris, vtpotè in profundo materiæ, lucet: & amplior quam vt à tenebris poſſit comprehēdi & ſuperari. In natura aūt æqualitatem. & proportionem quandam pro ſpecierum capacitate ſeruat ſicut. n. tenebræ eius, ita & lumen eius. Id intelligunt cabaliſtæ vbi d. Non eſt qui ſe abſcondat à calore eius.

Attingit à fine, ad finem: à radice ſchalæ ad culmen, vel à culmine ad radicem. & Tenebræ nō obſcurabuntur à te. & alia plura.

DE

33. SVpra imaginationis actum, qui est circa mobilia mobilis, esse rationis actum circa inmobilia mobilem: & supra hunc circa immobilia prorsus in mobilem intelligẽtiæ actum considere, cantant Platonici. Ipsam vim stabilem esse intellectum proprium aiũt, cui comunissima certissimaq; artium scientiarumq; principia, ipsamq; rerum opinionumq; diuersitatem ad vrnam, trutinamq; reuocare: & per vim intellectus, semper omnia, & subitò contuentis, subito conuenit quippiam intueri. At inquiet alius, cur nõ rationem ipsum esse intellectum nunc & hic subito cõtuentem, tunc & ibi discursiones progressionésque argumentãdo fundentem dixerim? differt nimirum seruus, à principe: practicus, à theorico: sed quid impedit quominus vnus idemq; hîc seruiat, ibi præcipiat, nunc speculetur, tunc operetur? & sicut eãdem dicis essentiam. cur non eamdem dixeris essentiæ vim: quæ pro materiæ, organorum, actuumq; varietate, ad diuersos promoueatur actus? nónne vnum idemq; lumen cõtrariarũ diuersarumq; qualitatũ se prodit expressiuum? actu vnus idemq; calor, vna eademq; caloris vis, non solum diuersa in diuersis: sed & contraria in contrarie dispositis operatur. diuersamne contrariamq; caloris dixeris vim, qua cera liquescit,

ſcit, lutum dureſcit, hæc creſcũt, illa decreſcũt, intereũt hæc, illa reuiuiſcunt? numquid genere diuerſis, & ſub eodem genere ſpecie differentibus effectibus, genere ſpecieq; diuerſis actibus: virtutes pariter diuerſas atque differentes in caloris natura collocabimus?

Cur vbi Plotinus dixit inter imaginationem & intellectum geminã primæ rationis ſpeciem, alterã ſpeculatiuam ſurgentem ad intellectum, alteram actiuam ad imaginationem potius declinantem: quarum actiua ſemotior eſt à mẽte, in labore poſita, & quodammodo ſeruiens externis: ſpeculatiua autem contraria ſe habet ratione: Cur inquam nõ dixerim, eamdem potentiam hic & nunc paſſiuam, laborantem, declinantem: tunc & ibi adſurgentem, non laborantem, & actiuam? Eadem certè naturæ vis eſt qua terræ pars in ſuo loco quieſcit, vel naturaliter commouetur: & quæ ad ſuum locum ſepoſita adnitiũr atque fertur: ſpecie tamen, motus alter, ab altero differt. Cur vbi triplicem tangit rationem, Primam ſummam & idealem in intellectu, quæ ipſe eſt intellectus, cuius neque eſſe, neq; actio eſt in materia. Secundam ſeminalem in animæ ipſius natura cuius non tam eſſe quam actio ſit in materia. Tertiam formalem id eſt ſubſtãtialem corporis formã cuius & eſſe & actio ſimul eſt in materia: ibi non dixit rationem ſimplicem tripliciter pro ſubiectorum varietate ſe habentem?

DE IIII. PROGRESSIONIS gradu.

SVpra rationis actum, intellectus actum collocãt: quem duplicem esse aiunt: sicut enim super animam quasi corpoream, est ipsa simpliciter anima: ita & super intelligentiam animalem, est ipsa simpliciter intelligentia. Quibus addimus ad vnum idemq; virtuale principium referri, vocem quæ ab organis vocalibus formatur vbi velut in se ipsa & sua origine est, & eam quæ est in aere, & eam quæ est in organis auditus. Ibi est producta, ibi effusa, ibi persentita: quis ideo dicet aliam esse vim qua procedat, aliam qua progrediatur & effundatur, aliam qua audiatur? Item innumerabiliter & infinite multiplicem secũdum numerum quia infinitis sensibus numero distinctis, si adsint, ingeritur. Ad vnum, demque virtuale principium refertur lumen in sole, vbi est velut in se ipso & velut absolutum: lumen aëre medio seu æthere: & lumen in illuminato corpore, & ideo desinit esse in corpore & desiuit esse in medio. desinit esse in medio si desinat esse in hemisphærico orizonte.

Vnum ergo proprium subiectum vnam simplicem radicem, & vnum virtuale principium recognoscit. Hinc fiat proportionale iudicium de intellectu primo ad alios intellectus de primo superioriq; cognitionis gradu ad alios cognitionis gradus. Vna lux illuminat oĩa, vna vita, viuificat omnia certis.

tis gradibus à superioribus ad inferna descendens & ab infernis ad suprema conscendens: & sicut est in vniuerso, ita est & in vniuersi simulachris. Atque altius conscendentibus non solum cõspicua erit erit vna oĩum vita, vnum in omnibus lumen, vna bonitas, & quod omnes sensus sunt vnius sensus, omnes notitiæ sunt vna notitia: sed et quod omnia tandem vtpotè notitia, sensus, lumen, vita, sunt vna essẽtia, vna virtus, & vna operatio. Essẽtia, potẽtia, actio esse, posse, & agere: ens, potẽs, & agens, est vnũ. Ita vt oĩa sint vnĩ vt bene nouit Parmenides, vnũ, omne, & ens. Principiare aũt, pricipiatũ esse, facere fieri, illuminare, illuminari. superius & inferius, nõ ens sunt, sed entis, nõ sunt id quod vnum, sed ea quæ vniius, vel ex vno vel de vno.

Hæc non quia de istarum rerũ natura hic cõsiderãdi locus habeatur, tractasse volumus: at verò vt in omni multitudine vnitatem, in omni diuersitate idẽtitatem, tentare, meditari, & efficere doceamus. Qui enim nõ disponit, quærit, intelligit, & facit vnũ: nihil disponit, nihil quærit, nihil intelligit, nihil facit. Qui ex multiplici sensu, & multiplici cognitionis gradu vnum sensum, simplicémque vnam cognitionem non est adeptus: nullum possidet sensũ, nullũ cognitionẽ. Qui tandem ipsam non cognoscit, & per eam non operatur: nihil cognoscit, & nihil operatur. Pro gradibus aũt participate vnitatis, quidam participatiue cognoscunt, & agunt.

IORDANI NOLANI
DE MVLTIPLICI CONTRACTIONE.
DE 1. CONTRACTIONIS SPECIE.

35. EX proximè dictorum consideratione deliteſcit quẽadmodum multiplex à multiplici cõtractione virtus exoriatur. Contractione quidem loci effectum eſt, vt tot qui in heremi ſolitudines ſe receperẽt, tot artium, ſcientiarum, virtutũ, morumq; fuerint inuentores: magiſtri duces & paſtores populorum. Pythagoras decemnio ab hominum frequẽtia liber magnum atq; veracẽ naturæ rerum ſe reddidit contẽplatorem. Solitudine vicinti annorũ in omni magia & diuinatione pfecit Zoroaſter vt & Xamolxis Abbaris & alij. E deſerto Oreb, Moſes ſupra illius magos Pharaõni prodijt admirabilis. Ieſus Nazarenus non prius cæpiſſe mirabilia dicere & operari fertur, q̃ poſt cõflictum cum diabolo in deſerto habitum. Raymundus Lullius apprimè ſtultus & idiota ex heremo in pluribus inuentionibus ſe profundum exhibuit. Paracelſus qui magis heremita quam doctoris vel magiſtri titulo gloriatur: nouus & nulli inferior medicorũ extitit princeps & author. Hinc olim Ægyptijs & Babilonijs ocioſi cõtẽplatores, Gallis druidæ, Perſis magi, Iudæis phariſei, Indis gymnoſophiſtæ, Chriſticolis monachi, babaſſi Mahumetanis: vt vel naturæ rerum cõtemplatores, vel morum iuxta leges eſſent moderatores: optime fuerant inſtituti. Sed ex ijs plurimos vt humanum laborem & curas fugerent

gerent, ocij & gulæ amore illectos. perpaucos verò virtutis amore, vt bonitatem & veritatem persequerentur, inuenies se à negocioſorum cõuerſatione seuocaſſe: quod ſi qui tales inter eos apparuerĩt: ijdem ab inmunda & inuida multitudine obruentur. Mitto quod ex ijs etiam celeberrimè, ocio ad hominum necem & humanæ pacis abolitionem abutentes perniciosiſſimi fatus emanarunt eorum doctores: qui paſſim in humanæ & ciuilis cõuerſationis interitum, docent homines pro maleſactis nõ timere, & neſcio quibus ſordidiſſimus confidere phãtaſijs: ad quas magis & certas (iuxta tam varia & diſſepta eorũ dogmata) de Cerere & Bacco credulitates: quam ad benefacta dijs retributores reſpiciant: vt interim in antiquã barbariem retrudant pernicioſos populos: & á ſine in quem ab oĩbus legibus dirigũtur auertãt. Hos ſanè exterminãdos eq; mediotamq; ſeculi zizanias, erucas, atque locuſtas, immò veluti ſcorpiones atq; viperas tollendos funditus: ſicut illos ocio auaritia & ambitione luxuriantes caſtrandos eſſe, venefico antidotariũ tẽpus ſuccedens, ſeroq; ſuo malo ſapiẽs mũdus iudicabit. Sed ab iſta depranatæ contractionis ſpecie ad alias conuertamur.

¶ DE 2. CONTRACT. ſpecie.

COntractione imaginationis ad ſitũ p indifferẽtiã 35.
diſtãtis atq; ꝓximi cõceptã: non nullos vidimus in alto arctoq; culmine, ſe ſe exagitaſſe, rectoſq; vnico innixi pede in aëre cõſtitiſſe. Idemq; atq; magis

gis per

gis per imprudentiã atra bile laborantibus, per alta præcipitia obambulantibus accidisse.

¶ DE TERTIA CONTRACTIONIS specie.

CONtractione quadam orizontis in centrum (de qua fortè aliàs) à quibusdam religiosè affectis maximo loci interuallo se posita p eam animi vim, quæ corporeis non est adstricta terminis, veluti intelligentiarum obtutu potitis: reddita sunt ad sensum non fallentem perspicua. Sic Clazomenij animam ita errasse ferunt, vt relicto corpore veros è longinquo successus nunciaret. Cornelio quoq; Sacerdoti Patauium incolenti, ita Thessalicum bellum fuisse præsentem ferunt: vt eiusdem ordinem & exitum ad plenum retulerit. Pius quoque pontifex nostris diebus, eodem die & hora Romano populo quem tunc ad publicas præces cõuocauit: successum belli naualis vltra fines Ionij maris præsentem inspexit.

¶ DE IIII. CONTRACTIONIS specie.

CONtractione intentionis in rei cognoscendæ speciem: diuinis in somnijs, visionibus, & reuelationibus exponitur animus: ipsi quippe vere intendenti nihil est difficile.

¶ DE

¶ DE V. CONTRACTIONIS specie.

CONtractione per affectũ fidei adeò preualere dominariq; animus supra corpora creditur: vt & montibus, non sine ratione, nos imperare posse dicamur. Porrò tunc id verè maximeq; euenit quãdo respondentia quædam in principio actiuo cum passiuo reperitur. In eos etenim qui timoris, amoris, spei, lætitiæ, tristitiæ, & generaliter consensus, acliues non perhibent affectus: dij non posse mirabiles producere effectus quandoq; protestati sunt: hoc de magicis medicisq; principijs vnum, atque præcipuum esse nouimus. Præpollent medici in quibus plurimi confidunt. Formidantes penetrant maleficia, quæ eorundem cõtemptores non attingunt. Superstitiosulos & rusticos vidi energumenos cautiores vero, versutulósque numquam. Excantantes quoque ni se in vehementiorem spiritum concitẽt inculcandum, commouẽdum, exoluendum, deuinciendúmque: non deuincient, non exoluent, non cõmouebunt, non inculcabunt spiritum. Hinc ille artificiosæ fascinationes, hinc medicæ adiurationes.

Et certe ex naturalibus concitato affectu hæc irati perficimus, quæ nobis quietis atque pacatis sunt impossibilia.

* *
*

DE VI. CONTRACTIONIS specie.

40. CONtractione quadam à pietate erga patrem cõmoti affectus: mutus Cræsi filius ad nũquam audita (vt opinantur) verba proferenda linguam exsoluit: id autẽ alia ratione naturaliter esse non posse iudicamus: quam quia in eo corpore resopitus animus per vehementem affectum euigilans: ad iam notum sermonem proferendum adpperauit. quod verò Cræsi in auditum nomen protulerit, minime credẽdum. De plurimis autem vt de filio Pollionis, & alijs qui in infantia loquuti sunt: iudicandum q̃ non talis extiterit corporis complexio, vt species ante receptas obfunderet: ideoq̃ in eiusmodi corpore tales diutius consistere non potuisse visi sunt.

DE VII. CONTRACTIONIS specie.

41. CONtractione quadam à timore proueniente, ego ipse cum in fascibus esse solus, ingentis eiusdemque vetustissimi serpentis aspectu, qui è foramine domestici parietis exierat: articulatè patrem in proximo cubiculo degentem appellaui: quem cum domesticis alijs adcurrentem, petentem baculum, serpentem adesse conquerentem, verba vehementius irati fundentẽ, sicut & alios mihi timentes non minus intelligebam loquentes, q̃ modò me posse intelligere

telligere credam. Hæcq; ipsis post plures elapsos annos velut è somno rursus euigilans parentibus id minimè id oĩum cogitantibus non sine eorum admiratione in memoriam reuocaui. Huc spectat cõsiderare quantũ miraculo fieri possit, vt natus surdus & consequenter mutus rectè proprio spiritu non autem alieno per maleficium in truso effarivaleat. Prorsus enim iudicioſis impossibile videbitur vt quispiam in proposito eorum proferat actum, quorũ non habet habitum: ipsum etenim eumdem hæc effari verba quæ non audiuit vnq; nec q; didicit, est implicita, vel potius explicata contradictio: quam nostri moderatores affirmant esse non posse miraculi subiectum. Ex hoc principio nõ sat distincte perceptо, formas rerum naturaliter animo esse insitas asserunt Platonici.

DE VIII. CONTRACTIONIS specie.

COntractione etiam quæ à subito timore ad arcem cordis, aliasq; internas partes spiritũ cõtrahente, vel impellẽte, prouenit: fit vt à pleriſq; mormorbis ægroti conualescant: sicut à contrarijs causis enascentes, contraria ratione curari credimus consequenter. Omitto quod quadam in animum bene formatum contractione facta proprium 42.

alienúmque corpus ſeruatur ſicut cecinit zoroaſter, fecit Pythagoras Apollonius & Abb. Spiritus quoque poſt quam per radios ab oculo effuſos ſeſe explicauerat ſi iterum à diuerſis obiectis imbutus diuerſis affectibus contrahatur: ſimilibus certe animum inficit paſſionibus. hinc quædam ſolo aſpectu nauſeam, ſtuporem, dulcedinem, tremorem ſimiliáque & alia incitamenta conferunt. Alium male affici aſpicientes ipſi dolorem eadem in parte ſentimus. Videntes alienum effundi ſanguinem deficimus. Id certe aliquid ſpirituale ab externis ad interna contractum conferre iudicandũ. Idq; non ſolum ex viſu prouenit: ſed & ex phantaſia, & ex olfactu, quandoquidem exquorundam pharmacorum & ſimplicium odore vim purgatiuam contrahimus. Aliquid etiam horrendum audientes, etiam quod iudicemus fabuloſum contremiſcimus. Et quorumdam etiam attactu morbos contrahimus.

ℊ DE IX. CONTRACTIONIS ſpecie.

CQntractione quæ à cupidinis feruore exoritur ad imaginatæ, vel viſæ, vel concupitæ rei ſimilitudinem, diuerſorum generum euentus ſuccedere nouimus: quod nouit & Iacob, qui obiectis ante oues & arietes decorticatis & diſcoloribus virgis, efficie-

efficiebat ne simplici colore fœtus ederentur. Prægnantes quoque specie notáque rei ardentius cõcupitæ, fœtum proprium inurunt.

ℊ DE X. CONTRACTIONIS specie.

CONtractione à sensibus externis, dum à propriis actibus per somnum conquiescunt, interni sensus veluti magis vegetãtes, viuacius proprias species persentire experimur. Quò etiam pauciores sensus in in eo qui eorum natura particeps esse perhibetur: eo pollentiores esse comperiuntur. Hinc Democritus mentem à sensibus auocare percupiens, sibi oculos à quibus impedimentum patiebatur effodit. Non solum autem in paucioribus sensibus efficacia maior est inspicienda quasi per numerum contractione facta: verum etiam & velui per magnitudinis arctationem accidit eũdem sensum maiori esse efficacia præditum. In plurimis enim inducentibus patet, quemadmodum sensus quò magis est angustus, eo perspicacior. Vnde à debilitate motus ab obiecto, & debilitate sensus ab organo, ad oculos perstringendos compellimur, vt pupillæ aciem cõtrahamus in angustum. Mitto quod aquilæ nobis, serpentes aquilis acutius intuentur.

ℊ. DE

DE XI. CONTRACTIONIS specie.

45. HIs accedat miseranda quedam contractionis species quam in rudibus, spurcis & hypocritunculis quibusdam compleri conspicimus, quorum quidam plus atra & crassa quam naturam deceat bile laborantes: venereas fœdásque captant voluptates. Alij futiles & pecudinas quasdam reuelationes aucupantur, quæ è porcinæ eorumdem phantasiæ perturbatione proficiscuntur: quæ omnia quomodo prosequantur siquis nosse desiderat: animum ad hæc quæ subinferimus aduertat.

Ex hoc bestialium hominum genere sunt, qui crudis acutísque herbis, ventosóque pasti legumine, excoctíque infantis adipe perunctí, móxque ad noctis silentium aeri temperatè frigido nudati, illud præstant vt calore dictis circumstantijs medicato ad interna retruso recurrente, cúmque attenuati adipis spiritu carnis penetrante poros: vasa libidinis facilè intumescant lentéque artificioso semine compleantur. Interim in Venereorum meditationem quæ à præcedente proposito præsentíque stimulo concausatur incitati, lenem quamdam horripilationem incurrunt, per quam adeò forti phantasticæ cogitationis actui alligantur: vt lente per longam noctis moram libidinosam

ſam ventoſitatem & ſuccum egerentibus ipſis (poſt quam euigilauerint) quod in iſdem veſtigijs permanſerint nullus eſt qui ſuadere valeat. Menti quippe fixum habent ſe ad veros concupitorum virorum vel mulierum nocturnos amplexus delatos. Et certè veriſimile & naturæ cõſentaneum eſſe videtur, vt interim non modica afficiantur delectatione: effluxio quippe non vt in actu ordinarij coitus maturatur: ſed ideò ſerior efficitur atque lentior, quia corpore quieſcente ſolo cogitationis motu: peregrina ventoſitas alienúſque humor continua lentáque egeſtione per vaſa libidinis emittuntur. En vnam de inmũdis animi contractionibus ad quam ſufficere nouimus artem quæ vel uaturam dirigat, vel naturæ operanti ſubminiſtret. Suadere tamen ſolent (quod & tales voluptuarios ſibi ſuadere fortè neceſſum eſt) ad hæc demonum cooperatricem potentiam conferre: quod vt credibile faciant, celebribus quibuſdam verbis quæ veluti ſacra habeantur, aliſq; pro latente ſignificatione ſuſpectis, ſicut & ſine ratione adhibitis geſtis ſuperſtitioſis atq; notis vtũtur, quæ quidem cum per ſeſe nil prſus addere valeant: eius tamẽ in animo credulorũ ſunt efficacia, vt ad turbandam phantaſiam (ſine qua eiuſmodi affectibus alienata parum aut fortè nihil conferunt) maxime conducant. Phyſice enim

enim fit vt per temerarij cuiusdam timoris (quem in audaciam rusticus amor adigit) præstolationem: commodius, efficaciúsque eorumdem turbari valeat phantasia. Planè enim constat hæc nobilioribus animis ingeniisq; felicioribus & actum imaginationis supra phantasticum obiectum reflectere potentibus esse impossibilia. Hæc etenim (sicut & altera proximè referenda) non extemperatioris melancholiæ diuinioribus ingenijs subseruiente materia, suprà quam per cogitationis fortitudinem attolluntur. Sed per quandam ratiocinij imbecillitatem in gremium materiæ crassioris immersi supprimuntur.

DE XII. CONTRACTIONIS specie.

IAm ad non magis ingeniosos apocalypticos nostros respiciamus, qui cum eiusdem pessimè oletis melancholiæ specie laborent, sine tamen per libidinis diuersitatem differunt: hoc maximè detestamur, quandoquidem interim stulti non propriam modo sed & aliorum ignorantum & asinorũ (quibus prophata, atque reuelatores pietatis apparẽt) turpissimam stultitiam enutriunt. Hi mage naturale nutrimentum contemnentes postquam in maciem & vitiose saturniam complexionem fuerint adactĩ: quibusdam (ad phantasiam perturbandã) aptissi-

aptissimis preuijs (quas pias credũt) meditationib⁹ ipsi fauentem noctis vmbram potiti, tristitiam quã dam subeunt, vbi flagris lenius cedendo sese, ab internis calorem ad partes exteriores euocant: vt hoc interius mage remisso amplius in spiritu melancolicus tepor intendatur: & vt nulla ad ecstasim contrectandam desit occasio, animi excogitationem ad alicuius Adonidis mortem adpellentes, tristitiæq; suauem quamdam addentes tristitiam (haud enim & lachrimis suam deesse libidinem cõperimus) alterius generis horripilationem subeunt, interímque virtute perturbati sensus facile proprij spiritus adpulsu alicui de immundis, ijsdemq; irrisoribus spiritibus intelligentiæ copulãtur: cum demum nescio in quem miserorum tristiumq; numinum apertum intuitum, & affatum ad eò promoti credantur: vt ea audiant, atque percipiant quæ numquam in eorum cogitationem cadere potuissent: quem quidem phantasiæ turbatæ impetum eousq; in quibusdã inualuisse nouimus: vt cõfossorum numinum quorum speciem intensius animo contraxerant, ardentioris phantasiæ feruore cicatrices in proprio corpore inustas cõperirent.

¶ DE XIII. CONTRACTIONIS specie.

AD hoc contractionis genus minime retulerim illud quod in eminentis contemplationis viro Aqui-

Aquinate thoma completum credimus: hic enim cum collectis animi viribus in imaginatum cœlū raperetur: adeo in vnum ſpiritus animalis ſenſitiuus atq; motiuus eſt collectus: vt corpus à terra in aerem vacuum tolleretur: quod tametſi minus eruditi ad miraculum referant & archana preſumptuoſaque ignorantia freti non facile credant: a naturali tamen animi potentia id prouenire poſſe facile nouimus & multo ante Zoroaſter. Neſcio an ad iſtam contractionis ſpeciem referri velint domini theologi raptum Pauli quem & ipſe non ſatis nouit an in corpore, an extra corpus fuerit.

g DE XIIII. CONTRACTIONIS ſpecie.

48. *ESt & peſſima contractio qua à ratione contrarij victus qui naturali complexione, diametro opponitur quo in peſſimè enutritis talis congeritur in vitalibus corporis partibus humor, vt vel proprij ſpiritus alteratione reddantur amentes atq; phanatici: vel peregrini acceſſione fiant energumenio quoſdam etenim de ſimplicibus corporibus ad materiam ſibi ad commodatam mox libentiſſime accedere non eſt difficile: ſicut & è quocumq; ſemine in bene collocato atq; diſpoſito ſpiritualem*

animæ

animalémque vitam prodire eſt naturale: & cui cumq; conceptui bene ſe habenti animus velut vbiq; præſens ſtatim adeſt. Hac ratione, addita vndecima & duodecima contractionis ſpecie, repentè per artem notoriam ſapientes efficiuntur ſimplices, creduli, & ſuperſtitiosè contemplatiui. ſed in iis ſapiens ſpiritus nõ eſt ꝓprius, ſed proprio impiosè copulatus: ideò furioſos, eoſdemq; intellectiuos ſpiritus cum quibuſdam animalium excrementis Saturnio adcommodatis temperamento, egeſtos frequentius experti ſumus: & monachus Brixiæ me præſente, ipſumque curantè qui hac arte repentè prophæta, magnus theologus & linguarum omnium peritus videbatur effectus: ipſe cum monachorum tantam ſapientiam ad malum principium referentum conſilio fuiſſet incarcerem detruſus: virtute acetabuli, cum polipodij contuſi ſucco temperati, humoribus melancolicis atque ſpiritu euacuatis, talis qualis ſemper extiterat aſinus apparuit.

ℊ DE XV. CONTRACTIONIS ſpecie.

EA tandem laudabiliſſima verè philoſophis propria animi contractio eſt. qua crudelis Anaxarchus patiens ictus plus Nicreonta tyrannum affligebat, quam ipſe torqueretur. qua & Polemon à 49.

rabidissimis canum morsibus ne expalluisse quidē qua Laurentius de prunis ardentibus velut è roseo strato hostibus viriliter insultabat. quid enim? nōne vehemētior delectatio, timor, spes, fides, indignatio, reiq; contēptus, à præsente passione seuocat? Porrò tunc est perfectæ philosophiæ praxis: quando quis altitudine speculationis, ita à corporeis affectibus semouetur, vt minimè sentiat dolorem. maiorē aūt virtutem esse credimus in eo qui huc vsq; deuenit vt dolorem non sentiat: quam in alio qui persentito obsistat. Haud enim vere virtuosum iudicat Epicurus qui oppositi vitij sensum admittit. Quem alius rei magis cōmouet aspectus, ille mortis non patitur angustias. Quidam cum maximè ab amore diuinæ voluntatis (quam firmiter existimabant) exequendæ traherentur: nullis minis, nullaq; eos aliunde sollicitante formidine mouebātur. Intensum ne dixerim virtutis amorem qui rei temporaneæ nequeat infirmare timorem? Ego eum qui timet à corporeis: numquam diuinis fuisse coniūctum facile crediderim: verè enim sapiens & virtuosus cum dolorem nō sentiat est perfectè (vt præsentis vitæ conditio ferre potest) beatus si rem rationis oculo velis aspicere.

50. Ex his habes contemplandi locum, quot modis frugaliter, inutiliter, & pertinicioſe spiritum contrahere, vires accire, animum intendere: ad speculandum, speculata intelligēdum, & intellecta retinen-

retinendum, nouásque per temet formandum & concipiendum impressiones valeas: & in similibus per consimilia, in proportionalibus per comproportionalia, in diuersis per analogicas rationes, in contrarijs tandem per opposita pariter industrius habeare. Ex his ea cõsideratio exoritur quæ ad intelligentiam iudicium & affectum regulandum conferat. Illud tamen importunius spectandum vt maximè caueas ne in phantasmata nimium incurrens, nec velut ea comprehendens, sed potius tamquam ab ijsdem comprehensus (quemadmodum in Antipheronte factum ferunt) in eorum numero qui aguntur potius quam agant te constituas. Tales diximus qui victus ratione, solitudine, silentio, vmbra, perunctione, flagris, calore, frigore vel tepore, spiritu hinc contracto, inde abacto, vana phantasmatum meditatione, perturbata phantasia, miserabilem incurrunt insensationem.

Primæ partis sigilli sigillorum
FINIS.

SIGILLI sigillorum,

***

Secvnda Pars.

QVEMADMOdum festucæ, paleæ, pellicula, & id genus alia, in ignem proiecta, ad instar eorum quæ sola sensu prædita dicuntur, quasi instantem præsentemq; corruptionem fugientia, contrahuntur, refugiunt, seseq; vt possunt inde propripiunt: ita nulli quãtumlibet ad sensum neglecto & imbecilli, principium naturale deest quo melius ad præsentem statum se fulciat atque tueatur: si quippe profundius intuebere nihil adeò mutilum, abscisum, & emortuum comperies: quod aliqua sui esse (qua, & qualiscúmque sit illa) intrinseca cura sit penitus destitutum. Pro animi igitur perfectionum tutela: ad domesticum animi nostri magisterium instruendi conuertamur. adest quippe illi à patrio lucis & intelligibili mundo exulanti, tamquam in puppi præsidens

ſidens naturalis facultas, qua duce veluti ſcintilla ſuam appetens ſphæram, à retardantibus curſum reuocat, & etiam neſciens auertitur.

Quanto autem potentior eſt animus ſupra corpora: tanto pollentiores auerſiones habet, ne à propriis naturalibúſque diſpoſitionibus & actibus per materiæ turbantis impulſuum vortices impediatur. Cognoſce igitur cognoſce diuerticula: quóque modo aduerſus adeò cœcam caliginem depellendam è foribus ſit eluctandum videto.

Videto primum quatuor internos actuum rectores. Amorem, Artem, Magiam, Matheſim.

¶ DE QVATVOR RECTORIBVS.

¶ De Amore.

AMor eſt, cuius virtute omnia ſunt producta, eſt in omnibus, in vigentibus vigens, quo vigentia vigent, quique ipſe eſt vigentium vigor. Frigida calefacit, obſcura illuſtrat, torpentia excitat, mortua viuificat, inferiora diuino furore ducens ſupercæleſtem plagam peragrare facit. Cuius miniſterio animæ corporibus detinentur, cuius dono in contemplationem eriguntur, cuius volatu ſuperata naturæ difficultate Deo copulantur: qui 2.

docet quæ aliena, quæ nostra, qui nos, qui alij, qui facit alia nobis subijci & mãcipari, nosq; alijs præfici & dominari. Necessitas enim quæ omnibus insultat: soli paret amori. Ad hunc igitur colendum non tria ad loca respicientes, sed ad omnia: non ter, non septies perciti, sed semper conuertamur.

De Arte.

3. DE arte autem illud nobis in mentem reuocandum est: quod quanto exquisitius naturalia ad proprium finem quam artificialia diriguntur, tãto minus consultando faciunt: vnde bene intellexit Aristoteles quemadmodum cõsultatio maior non est maioris peritiæ & intelligentiæ ratio. Experimur etenim in nobis absolutissimam artem nihil amplius consultare: & artem consummatam nullis rationis discursibus indigere, vel quia naturæ similitudine operamur, vel quia natura nobiscum cooperatur. Tunc igitur perfectè agit ars cum naturæ agenti connectitur: ita enim comparatum est vt connexionem habeant ars atq; natura, & quia ars naturæ quædam imitatio existit, & quia sicut impossibile est naturalia esse artis expertia, ita nec artificialia natura carere possunt. Nil enim prorsus est artificiale quod naturæ non sit innixum: vnde sicut ex arte cognoscimus qualis quispiam sit ratione vel natura: ita ad naturam

ram referendum est artis rationisq; principium: vt igitur absolutam consummatamq; artem adipiscare, animæ mundi te copulari, cumq; ipsa copulatum agere oportet: quæ naturali fœcunditate rationibus plena mundum rationibus similibus plenũ generat. Quæ quidẽ rationes (vt & sentit Plotinus) in seminibus fingunt formantq; vniuersa quasi exiguos quosdam mundos. Vnde cum anima vbiq; præsens existat illaq; tota et in toto & in quacumq; parte tota: ideo pro conditione materiæ in quacumq; re, etiam exigua & abscisa mundum nedum mundi simulacrum valeas intueri: vt non temere omnia in omnibus dicere cum Anaxagora possimus. Cum igitur aliquid ita perficitur, pro vt animæ illius essentia ad talem materiam requirere videtur, non fit aduẽtitia quadam sentẽtia & expectatata consideratione (ita enim ars quæ posterior est, & emula, fabricat) sed velut ab intrinseco præsentem formam explicante natura. Vide igitur vnde ars mirabilis emanet.

De Mathesi.

MAtheſim quoq; conferre ad opus animi omnes sapientes consensere: visibilia namq; inuisibilium sunt imagines. Velut .n. in speculo ea quæ sunt in mundo intelligibili: præsentia fiunt in mundo sensibili. Hic sunt in motu, in varieate: ibi vero in perpetua stabiliq; quadam ratione consistunt. 4.

Matheſis docens abſtrahere, à materia, à motu, & tempore: reddit nos intellectiuos, & ſpecierum intelligibilium cõtemplatiuos. Ideoq; Pythagoras, Plato, & omnes qui res profundas atq; difficiles nobis ſunt inſinuare conati: aliis quam mathematicis mediis non vnquam vſi ſunt. Et ipſe mathematicorum inimicus, logicus magis Ariſtoteles (qui plus arguendo quam argumẽtando valet) dum profundiora naturæ explicare niteretur: quoties neceſſitate coactꝰ ad repudiata mathemata recurrit?

Nobis ſanè à corporum imaginibus & vmbris quæ ſunt obſcura ſenſibilia, per mathemata quæ Platoni ſunt obſcura intelligibilia, ad ideas quæ eidem ſunt clara intelligibilia datur acceſſus: ſicut & illarum claritas noſtræ rationi, per media mathemata ſeſe intrudit. Mitto quod inter mathematica & phyſica debetur locus quorumdam naturalium corporum profluuiis integrum characterem ad certam intercapedinem ſeruantibus: quibus quandoq; Magi ad aliquem perdendum vti cõſueuere. Id ſenſit Heraclitus & Epicurus: Syneſius, & Proclus confirmauere: nos minime ignoramus: & necromantici maximè experiuntur.

¶ De Magia.

5. *QVid de Magia, quæ cum media Matheſi ferè in eadem ab extremis Phyſicis atq; Methaphyſicis æquidiſtantia conſiſtit? Hæcq; duplicis eſt generis.*

neris. Altera quæ vel per credulitatẽ & fidei vim, vel per alias non laudabiles contractionis ſpecies ſenſum mortificat: quò propria ratio per aliquod extrinſecum pœnitus abſorbeatur, vt natura melior in alicuius deterioris imaginem trãſformetur: & hæc apud reprobos magos vſuuenit, qui hominẽ, vel aliud de animantium genere ad quoddam ſpirituum influentialium ſimbolum promouent: quorum virtuti, vel etiam ſubſtãtiæ cum fuerint patratæ vniones: mirabilia in corporib⁹, in affectibus, in artibus, & in mundi partibus atque regionibus, alterando, commouendo, tranſformando, occultando, manifeſtando, ligando, ſoluendo, educendo, inducendo: verè vel apparẽter operantur. Altera verò eſt quæ per regulatã fidem, et alias laudãdas contractionis ſpecies tantum abeſt vt ſenſus perturbatione quandoq; vtatur: vt eumdem claudicantem fulciat, errantem corrigat, imbecillem & obtuſum roboret & acuat. Hæc cum nôrit, dæmonis magni (qui amor eſt) virtute, animam per ſpiritum corpori copulari: magiſq; ſeparatam, diuinámque vim ſpiritui per animã: & vniuerſalia omnia omnibus per media plura vel pauciora adnecti, & concatenari: cúmque non lateat geminam eſſe animam, ſuperiorem videlicet magíſque intellectualem quæ in ſe ipſa pulchrum effingit, & inferiorem quæ in alio: primam ad ſuperiorẽ, ſecũdam ad inferiorẽ & vulgarem Venerem referri, illámque

gemini Cupidinis matrẽ esse: in quorum vtroq; naturæ sensus consistit qui per se vita dicitur. Hunc in naturalibus omnibus contemplatur: ab isto etenim sensu est appetitus in partibus corporum, & præcipuis mundi membris, puta magnis animalibus, atque dijs: vt ad locum suum illa se conferant: & hæc vitales circuitus peragant. Ni enim hæc ipsa persentirent: numquam ad conuenientem, vel in cõuenienti regione mouerẽtur. Hinc bene dixerunt (licet non benè omnes intelligant) opus naturæ, esse opus intelligentiæ. Hoc habet naturalis magia (cum supestirioſa atque diuina comune) principium: quod omnia intimo quodam incitamento malum pro viribus fugiunt, & bonum persequuntur: & alia mouentur à se, alia ab alio, & alia mouentur ab intrinseco principio, q; semper est indigum vel indigentis, alia vero ab extrinseco: quæ quãdoq; sunt quibus aliud indiget: alia quoq; mouentur naturaliter, alia violẽter, alia non repugnanter. Hinc Sympathiam, & à sympathiam, & vim vtriusq; considerans: applicatione principiorum cum principijs, agentium cum patientibus. naturæ cunctipotentis æmula, socia, efficitur: atque quodammodo eiusdẽ ad proprium vsum directrix & gubernatrix.

DE IIII. OBIECTIS.

6. QVatuor obiectorum præterea ratio est habenda, Luminis, Coloris, Figuræ, Formæ: quæ quatrupli-

trupliciter iuxta quamdam analogiam, ex gradibus modi quatruplicis considerandi desumptam, capienda sunt: Methaphysicè, Physicè, Rationaliter, Moraliter.

g DE LVMINE.

LVMEN ergo concipe cum Platonicis vt ignem, & cœli formam: imaginem vitæ cœli: vt quod in cœlesti vita intellectuale est, sit in cœlesti corpore luminosum: veluti quod in mente est intentio, in voce est oratio, vel verbum. Accensum à Deo in sole, in quo cætera sunt qualitates: quarum præcipuæ sunt calor vitalis atq; blãdus, actio quædam motrix atque formatrix omnium specierum. Est lumen intimius quo sol per se lucet, à quo genere differens habetur lumen, quod inde velut imago solis per omnia manat. Ab isto igitur lumine quod apud nos est accensum, ad lumen effusum quod accendit: Inde ad illud vnde corporaliter effunditur: Proinde ad intimum quod est effusionis principium: Tandem ab hoc quod est in corpore diuiduo veluti diuiduum, ad simplicissimum, atq; indiuiduum: sicut à voce scripta suisq; characteribus materiæ impressa, ad auditam, puta per aërem effusam: inde ad prolatam: proinde ad prolationis organica principia: ad simplicem tandem vim atque indiuiduam facultatem, cuius imperio subministrant 7.

niſtrat organa progrediamur. Lumen illud primũ & initiale ſi non duratione: natura tamen eſſe ante ſolem intellexit Orpheus, & Ægyptij, quorum miſteria Moſes ſuis parabolis fortaſſe proſequitur. Propterea antiqui Caldei, Ægyptij omnes, Pythagorici, Platonici, cæteríque naturæ contemplatores optimi: hunc ſolem (quem Plato viſibilem filium, & ſummi dei imaginem appellauit, Cui orienti Pythagoras hymnos lyra cancinebat. quem exorientem Socrates ſalutans in extaſim rapiebatur) inter alias ſtellas viſum auditumq; habentes, memoria non carentes & preces exaudientes, ardentius, adorabant: quorum non adeò damnanda eſt idololatria, ſiquidem ad viuentes imagines & optima diuinitatis veſtigia corporeos oculos conuertentes tamquam per externum cultum (quem etiam Deus à nobis requirere videtur) interna ardentioreque animi relligione amplius intenduntur. Qui n. cognoſcendo per ſenſibilia ad intelligibilia manuducimur: ſimili progreſſu ab incorporeis per corporea, duplici natura conſiſtentes, diuinitus afficimur. Pſallentibus igitur corpore & animo: ſenſu & intellectu, & vtráque facultate per vtriúſque facultatis media ad diuina ad pellentibus: tum templa atq; delubra: tum ij qui habitare in ipſis perhibentur: gemino cultu perſequi debere, vndique natura cõclamat. Quæ etiam ex ſtellis vnicum ad luminis fontem reſpicientibus: ſuper vniuerſos & innumera-

merabiles deos mundi rectores, vnum principem, patrem, atque Deum docet adgnoscere.

§ DE COLORE.

COLOR post lucem qualitas esse perhibetur, quæ hoc ipso differre à luce creditur, quod ipse est qualitas visibilis quæ secũdum superficiem extecta est: lumen verò quæ nullam patitur extensionem, sed temporis punctο vbiq; discurrit: Hic nõ est visibilis nisi per lucem: nihil enim color esse videtur quam lux affecta: ad cuius similitudinem phantasmata non nisi in luce rationis sunt intelligibilia: & ita phãtasmata rationi propinquiora, sunt magis intelligibilia: sicut colores luci propinquiores sunt magis visibiles: sicut autem visui per se lux ingeritur, ita rationalis species intellectui: color autem oculo sicut phantasmata rationi præsentatur. Lumen quoque est forma vniuersalis omnis visibilis, & coloris. Lux in omnes colores pariter se diffundit, quæ in varios colores migrat dum à varijs recipitur subiectis: & sicut se habet lux ad omnes colores, vt ipsi sint à materijs diuersis diuersimodè participata lux: ita & ad sensibiles omnes luces se habet prima lux, vt ipsæ illius diuersimodè participata luce, sint luces diuersæ. 8.

§ DE

ℊ DE FIGVRA.

5. FIGVRA verò quædam est non sine qualitate quantitas, non sine quantitate qualitas: sed in quantitate qualitas: non lux, non color, non lucis coloris q3 vestigium (hanc etenim quando q3 tactu iudicamus) nor pura quantitas, non pura qualitas, sed ex vtra q3 & in vtra q3 vnum. In eius tamen genere, per hanc quæ visui per lucem se presentat maxime profundorum archanorum q3 natura est reuelatrix: per figuram inquam visibilẽ formarum nobis rationes indicat natura. Hæc est ignis ille quem Prometheus à dijs clam surreptum tribuit hominibus. hæc est arbor scientiæ boni atque mali, ipsa enim est similitudo formæ.

ℊ DE FORMA.

10. EST vna prima forma, per se, & à se subsistens, simplex, impartibilis, essentiæ, formationis, & subsistentiæ omnis principium, indiminuibiliter omnibus se comunicans: in qua omnis forma quæ comunicatur est æterna & vna: ipsa enim est absoluta essendi forma & dans omnibus esse: vnde & pater, formarũ q3 dator appellatur: ita vt nõ sit forma membrorũ partiũ q3 mũdi, vel vniuersi totius: sed formæ vniuersi & partiũ ipsius absoluta forma. Est q3 forma infinita, quia est ita omne esse: vt non

ad hæc

ad hoc & ad illud esse finiatur, ad hanc vel ad illam materiam vel subiectum contrahatur: sicut ex opposito: infinita dicitur materia, quæ non hoc vel illo esse per formam terminetur: Hæc forma quibusdã gradibus dans esse omnibus, dicitur descendere: ad hanc formã materia per eosdẽ gradus dicitur ascẽdere: & à differentia, & alietate, & diuersitate participationis huius materiæ, & huius formæ in gradibus suis: differentia, alietas, & diuersitas entium procedit. Hæc forma vniuersalis essendi, est lux infinita: se habens ad omnium formas sicut forma lucis essentialis ad lucis participatiuæ, luminum, & colorum formas. Per hanc diuersimodè participatam in diuersis entibus, secundum diuersas figuras extenditur materia.

DE PROGRESSV PRIMÆ formæ in ternarium.

PRima forma quam vel yperusiam, vel nostro idiomate supercssentiam dicimus, à summitate scalæ naturæ entium ad imum profundumq; materiæ sese protendens: in mundo methaphysico est fons idearum, & formarum omnium elargitor: & seminum in naturæ gremium effusor. In Physico idearum vestigia materiæ dorso imprimit, velut vnicam imaginem secundum speciem numero aduersorum speculorum multiplicans. In rationali vmbras idearum numerales ad sensum, specificas

ad in-

ad intellectum effingit illius pro capacitate tenebras illuminando, rerum intentionúmque colores impingẽdo. Formæ in ipsa prima causa dicũtur entitas, Bonitas, vnitas. In mundo methaphysico dicũtur ens, bonum, ante multa. In mundo physico entia, bona, multa. In mundo rationali ex entibus, è bonis, è multis.

ℊ DE EXPLICATIONE FORmarum per duodenarium.

INtrinsecæ rerum naturalium formæ duodecim rationibus (secũdum quas duodecim sumunt denominationes) explicantur. Sunt autem Species, Figuræ, Simulacra, Similitudines, Imagines, Spectra, Exemplaria, Indicia, Signa, Notæ, Characteres, Sygilli. quorum differentiam & distinctionem non à grammatista, nec à vulgari philosopho perquiras: sed per temetipsum meditare: nos etenim si hæc per alia nomina explicare velimus, progressum numquam terminandum adoriemur. Synonimiam n. puram in nominibus nullã esse credimus.

Quisque igitur pro sua facultate differentiam ad duodenarium multiplicandam pertentet.

DE MVLTIPLICATIONE duodecim indumentorum intrinsecæ formæ.

MVltiplicantur hæc indumenta duodecim: quatenus per se ipsa singula in recto, per cætera autem omnia in obliquo deducuntur. Haud enim tantum species, figura, simulacrum & cætera enumerata, sunt indumenta formarum essentialium: sed & dum singula per duodenarium deducũtur, ex ipsis sunt prouenientia centum & quatraginta quatuor. Dicitur enim 1. speciei species. 2. figuræ species. 3. simulacri species. 4. similitudinis species. 5. imaginis species. 6. spectri species. 7. exẽplaris species. Vsq; ad sygilli speciem. Subinde, 1. forma speciei, 2. forma figuræ, 3. forma simulacri. vsq; ad sygilli formã. Ita deinceps cæteræ indumẽti species singulæ per cæteras alias deducuntur.

Hæc deductio significatur in ea figura quam supposuimus: vbi singula elementa rotæ intrinsecæ deducuntur per omnia rotæ extrinsecæ: vel ea quæ sunt in recto extra circulũ designata: ingrediũtur circulum per A. à quo per tensarum linearum ordinem, in alia discurrunt oblique sumpta. Significat igitur, A. Speciem, B. Figuram, C. Simulacrũ, D. Similitudinem, E. Imaginem, F. Spectrum, G. Exemplar, H. Inditium, I. Signum, K. notam, L. Characterem, M. Sygillum. Hæc ita ordinatim sunt

enumerata, vt septem prima veluti per picturam et sculpturam, & speculum referri valeant & ex iis priora posterioribus aptius. Quinque sequētia per magis confusam & vniuersaliorem positionem. Tria vltima per graphicā maxime institutionem.

DE XII. VOCVM FORmis & earum deductione.

14. His consideratio duodecim formarum vocum succedit, quibus quidem tum inueniendū, tum iudicandum, tum & memorandum formamus. sunt autem & hæ duodecim originales, per duodecim elementa designata, A. significat Resolutionem, B. Compositionem, C. Additionem, D. Diminutionē, E. Capitis similitudinem, F. Trāspositionem, G. Abstractionem, H. Concretionem, I. Denominationem, K. Etimologiam, L. Interpretationem, M. Cōsonantiam. Quæ non minus in centum quatraginta quatuor in inuicem deductæ multiplicantur, ita vt aliqua conuenientia in deductione seruetur: hac tamen confuse solo combinandi ordine seruato ita insinuetur: 1. Resolutio Resolutionis: 2. Resolutio cōpositionis: 3. Resolutio additionis: 4. Reso. diminutionis: 5. Similitudinis capitis, & cæterorū ad duodenarij cōplemētū succedentū. Deinde. 13. add. res. 14. Additio cōpositionis: 15. Additio additionis: 16. Additio diminutionis: 17. Capitis similitudinis.

nis: & aliorum vsq; ad 24narij complementum. Haud aliter ad totum numerum ordinate complẽdum, de cæteris subsequentibus est agendum: vt patet in propria figura: vbi in circuli inferioris elementis significantur in recto: in elementis circuli superioris in obliquo, vel è cõtra. Denotãtur ibi duodecim combinationes, primo duplicatiua per duodecim tractus linearum ab vno circulo in alterum: Deinde centum quatraginta quatuor: quia postquam A circuli inferioris iunctum est ipsi A circuli supericris dicendo compositio compositionis: consequenter ab A procedit lineatim ad omnia cætera circuli superioris elementa. Primo ad B. dicendo Resolutio compositionis. Secundo ad C. dicendo Resolutio additionis & ita deinceps: par de cæteris elementis est iudicium atque praxis. In praxi vero si quædam ex ijs existant quæ nequeas per tuam industriam ad commodare, omittas: neque enim adeo solliciti sumus vt nihil aliorum ingenijs elaborandum relinquamus: quẽadmodum non sumus adeo desides vt in ijs quæ sunt necessariora defecerimus.

¶ DE DVODECIM RErum formis.

FOrmæ verò rerum generales sunt etiam duo- 15.
decim: decem puta cathegoriæ, quibus addimus

L. Motum, M. Causam. Harum formarum species: in posterioribus explicabimus. Illa nimirum licet substantiue sint expressa, dicendo Essentiam, Subsistentiam, Substantiam: non autem Esse Subsistens Substans: talia tamen esse recolas, qualia & per alia denominantur, & alia denominant: accipiuntur enim in praxi concretiuè, abstractiuè: in potentia actiua, in potentia passiua: in actu, in habitu: in efficacia, in efficientia, in effectu: imo inquã oẽs implicant quos possunt implicare modos. In Essentia enim implicitum est, Ens, Esse, Entitas. Esse facere, Esse fieri, Esse posse actiuè, Esse posse passiuè, Esse dedisse esse accepisse (& vltra per alias formarum formas, si libeat.) Hæc magis rudi sed & magis expressiua, & exquisitæ significationis dictione, dicũtur, Essificare, Essificari, Essificabile, Essificatiuum, Essificasse, Essificatum. Similiter in substantia implicitum est substans, substare, substãtialitas, substantificare. substantifieri, substantificatiuum. substantificabile, substantificans, substantificatio, ꝙ substantificatur, substantificasse. substantificatum esse, Similiter in alijs formis est concipiendum. Vsus horum maxime ad omnes operationes intellectꝰ est accommodatus, quod in vna vel altera fiat manifestum. Argumentando enim si volumus probare aliquid esse magnum: tentãdum est sumere terminos medios seu causas ex sua magnitudine, ex magnificentia, ex hoc ꝙ facit magna, ex eo ꝙ factum.

ctum est magnum, ex hoc quod potest fieri magnũ, ex eo quod potest facere magnum, magnum fecit, magnum factum est: pariter idem alijs formationibus in magnitudine implicitis est faciendum. Moxq3 è tabulæ principio exordiendo per alios terminos, ab eius magna essentia, esse, substantia, subsistentia, mole, numero, & cæteris. Similiter in memoriam magnitudinis ducimur per magnũ, magnificare, magnificatum, & per plura & omnia, dum rite ad commodãtur, vt nos per propriam artem insinuauimus. Sunt igitur ij termini sui aliorúmque indumenta atque formæ: sui quidem velati, reflexiue, atque reduplicatiue, dum obliquum, abstractum, substantiue sumptũ: per idem recte, concrete, & adiectiuè sumptum formatur. Aliorum vero progressiuè ab vno termino ad álios proficiscendo: abstractiue, concretiue, obliquè, recte, adiectiue, substantiue, actiue, vel aliusmodi sumptos. Abstractum reformat concretum & è cõuersò, efficacia efficientiam, actus habitum, esse posse, & operari, & é conuerso. Omnia tandem formant omnia, & formantur ab omnibus.

At q3 dum omnia per omnia formantur, atque figurantur, ad inquirendum, inueniendum, iudicãdum, ratiocinandum, reminiscendúmque de omnibus per omnia possumus promoueri.

DE XII INTENTIONVM formis, in tres classes diuisis.

16. *HAud aliter in suo genere procedendum nobis est in intentionũ formis duodecim, in quibus, I. A. significat Genus. B. Definitionem. C. Proprietatem. D. Accidens. II. E. Oppositionem. F. Modalitatem. G. Æquipollẽtiam. H. Consequentiam. III. I. Distributionem. K. Cõparationem. L. Diuisionem. M. Distinctionem.*

DE XII. MORVM FORmis, in tres ordines distributis.

17. *DE moralibus quoque formis, I. A. significat Iustitiam, B. Prudentiam, C. Fortitudinem, D. Temperantiam, II. E. Legem naturalem, F. Legẽ diuinam, G. Legem gentium, H. Legem ciuilem. III. I Necessarium, K. Honestum, L. Vtile, M. Delectabile.*

DE XII. FORMARVM formis.

18. *SVnt quoque duodecim formæ formarum, quibus vniuersa distinguuntur, diuiduntur, contrahũtur, limitantur, definiuntur, iudicantur: quæque omnes artificiales combinationes ingrediuntur.*

Ex

Ex iis. A. significat primario, vel secundario. B. absolutè, vel respectiuè. C. actu, vel potentia. D. simpliciter, vel secundum quid. E. intrinsecè, vel extrinsecè. F. vere, vel apparenter. G. Per se, vel per accidens. H. Comuniter, vel proprie. I. Necessariò, vel contingenter. K. Meditatè, vel immediate. L. Naturaliter, vel adtributiuè. M. Principaliter, vel reductiuè.

¶ DE XII. FVNDAMENTIS Formarum proximis.

FOrmarum fundamenta, in duplici sunt differẽtia. Quædam enim sunt proxima, quæ omnibus 20.
modis considerandi propriè subsunt: Alia verò sunt prima quæ non solum considerandi, sed & essendi modis vniuersis subijciuntur. De proximis fundamentis. A. significat Si est. B. Quid est. C. Ex quo est. D. Quantum est. E. Quale est. F. Vbi est. G. Quando est. H. Quomodo est. I. Cum quo est. K. Circa quod est. L. Ad quid est. M. Quia est.

¶ DE XII. PRIMIS FORMARUM fundamentis.

DE primis autem formarum fundamentis, A. 19
significat Diuinum & supereſſentiale, B. Ideale, C. Intelligẽtiale, D. Cosmicum, E. Damonicũ,

F. ſenſitiuum, G. vegetatiuum, H. primum compoſitum, I. Elementum, K. Morem, L. Ratiociniū. M. Sermonem. Ad hæc vel ſimilia reſpiciunt Magi à quibus venati ſunt Cabaliſtæ ſignificatum per explicationem quaternarij in duodenarium, in nomine quatuor literarum quod in duodecim deducitur: & quatuor laterum Typicæ Hieruſalem in duodecim portas: & quatuor cardinales ſpiritus in duodecim per geminos ſingulorum collaterales: & quatuor mundi cardines in domos diſtributionum duodecim. Et quatuor angulos terræ, in duodecim viciſſitudinum principatus. Quæ ſubinde in ſe ducta duodenaria, migrant in ſubſpecificata entia centum quatraginta quatuor: & vltra eadē ſemper proportione ſubmultiplicando diſcurrendū aiunt, vſq; ad indiuidua innumerabilia à generaliſſimis per generaliora, generalia, ſpecialia, ſpecialiſſima ſe ſupereſſentiali explicante monade.

DE DVODECIM ARTIVM PROSECVTORIBVS, ET PRIMO DE QVATVOR INDICIEVS.

DVODEcim *præter hæc ſunt artium proſequtores: quorum quatuor ſunt indices:* Senſibile, imaginabile, rationabile, intelligibile.

SENſi-

SENsibilia quippe sunt quæ tamquam picturæ, atque scripturæ, rerum species atque rationes sensibus internis per externos obijciunt. Inter hæc vero à visibilibus maximè commouemur: per ipsa enim præcipuæ rerum differentiæ nobis insinuãtur: quandoquidem in vniuerso per oculum obiectæ species magis propriè literæ, characteres, atque figuræ: concentum, rationem, & ordinem sphærarum obiectantes: ad mundanorum rectorum cognitionem, & ad vnius tandem super omnia prĩcipis (ob id quod in vnum tandem diuersa, varia, atque cõtraria omnia conspirant) cognitionis nostræ obtutum valent promouere.

IMAginabiles subinde rationes sunt quæ sensibilibus externis absentibus, eorũdem nobis offerunt phantasmata: ipsumque quod certis temporibus determinatísque locis offertur, semper & vbíque faciunt intueri: quæq; in physicis non componũtur, non diuiduntur, definitam quantitatis atque numeri metam non excædunt vel non attingunt: diuidit, componit, coarctat, amplificat.

RATIonabilia deinde sunt quibus super prædicta discutimus, examinamus, argumẽtamur, inquirimus, inuenimus. materiam abominantes ad intellectum conuertimur, & ad altiora, puriora q; conscendimus.

INTElligibiles tãdem species sunt quibus discursione deposita actu vno possidemus omnia, beati

viuimus, æternam mẽtis intelligentiam imitamur. Postquam enim per rationalem veluti cæci manu paulatim successione, continuatione, & discursione quadam attrectantes, sphæram tactu indicauimus: iam eamdem per intelligibilem quasi per ocularem speciem subito, citraq; omnem argumẽtationum decursum cognoscimus: Ad ea igitur atria per intelligibiles species promouemur, in quibus plus vnico attactu comprehendimus: quam innumeris actibus alibi attingeremus. Hinc illustratur illud quod dicitur. Melior est dies vna in atrijs tuis: super annorum milla.

MENS longe admodum super intelligibilia præsidet, in qua idem est species quod actus, actus quod potentia, potentia quod essentia. quæ cum totum totaliter tota simul & perfecta possessione comprehendat, nullaque vicissitudinum obumbratione capiatur: ea ipsa est de qua intelligendum quod dicitur cabalistis. Mille anni ante oculos tuos, tamquam dies externa quæ præteriit.

¶ SECVNDO DE QVATUOR TESTIBUS.

22. QVatuor extant testes. Abstractio, Cõtractio, Numerus, Mẽsura, sine quibus nihil est quod probare liceat.

ABstractio in ijs primum non modicum confert. Ad rerum etenim veritatem vtile, imo necessarium est vnum sine alio (vt sphæram sine materia) considerare: licet in pluribus malum, falsum, & impossibile est vnum esse sine alio credere vel enunciare. Sine ipsa nullam nobis in generari posse notitiam speculationem, atque praxim, satis est perspicuum: sensibus enim non obijciuntur ea quæ vere sunt: quantumuis eorum veluti speculum & enigma hæc quæ sentiuntur dicantur esse signa. Hæc propter vniuersalem rerum ordinem, connexionem, correspõdentiam, & similitudinem quæ est ex generatione à primo amore proficiscente: sunt signum, exemplar, atque figura. In ipsis igitur sensibilibus rerum non consistit veritas: quod enim vere est, semper est, constat, fuit semper & erit (vndè optimè illud Nihil sub sole nouum) ipsum est semotum à nostris sensibus: quibus non subiecta substantia, sed quadam eius affectiones, colores, ordines, figuræ, continui motus, alterationes & id quod semper est alterum atque alterum: minime autem quod verum est simpliciter offertur. Istud igitur per abstractionem quasi sensibilium velamina remouentem insinuetur. Propter quod magna effectum est solertia vt pro rerum considerandarum exemplis & vnius tandem entis contemplatione, mathemata introducerentur.

CON-

CONtractio deinde nihilominus conducere intelligatur: ab hac enim multitudinis, diuersitatis, contrarietatis, uniformitatisq; essentiarum omniũ notitia velut à vestigijs & impressionibus exoritur: per diuersas enim ipsarum in materiæ gremio figurationes cõtrahuntur, diuiniore substantiæ in densam obscuramq; corpoream cõmigrante, seq; quodammodo finibus eiusdem adstringente.

Sic enim per concretionem intelligibile unum & verum ad nos deseendit: quemadmodum necessariũ est nos ad ipsum per abstractionem ascẽdere. Id quidem tẽtamus cum infinita indiuidua, in species: innumerabiles species in plurima genera media: hæcq; in determinata decem, vel duodecim: et ipsa in unum analogum supremum omnium colligimus: ut per ipsas intentiones quasi oppositam contractionem prosequentes, esse multiplex & infinitũ particulare, in esse specificum, & genericum: & hoc ad esse in genere maxime uniuersali: idq; ad esse simpliciter siue essentiam contrahamus: sicut posterius in prius, effectus in causas: has partiales in cõmunes: illasq; proximas & immediatas ad remotiores atque mediatas: easq; secundas ad primas: ipsasq; plures ad unam. Duplici ergo existente contractione: Altera qua absoluta forma fit huius illiusq;, in hoc & in illo forma: sicut lux quæ est primo velut in se ipsa, postea progressu quodam huius efficitur atq; illius, in hoc & in illo lumen (dum tamen

men de sua substãtia nihil emittat, & à propria integritate nõ deficiat.) Altera contractio est qua inferior natura per quamdam assensus & obedientiæ habitudinem, tum naturali, tum notionali adpulsu & multitudo particeps colligitur, & multa participantia colligit in vnum. Prima contractio est qua per essentiam infinita & absoluta forma finitur ad hanc & ad illam materiam. Secunda est qua per numerum infinita & indeterminata materia ad hanc illamq; formam terminatur.

NVMero quoq; optime oĩs cõtẽplatio & animi dispositio adimpletur: sicut idẽ ad rerum efficientiã concurrere non temere creditur. Hunc vero absit vt intelligamus mercatorium, ingq; vanè algebristarum subtilibus cõputationibus cõsistentem. Sed in quadam cõbinatoria ratione situm intelligimus, à qua tractum est illud. Rem suis numeris absolutã cognoscere. Poetas enthusiasmũ induẽtes numerorum dictamina à Musis recipere. Apollinem vatibus numeros inspirare: vt nil aliud numeros esse percipias quam claras quasdam methaphysicas, vel physicas, vel rationales rationes, quas vel materia, vel intellectus, dum ad superiorem formam, vel lumen explicãtur & exponuntur: per vnum, vel alium cognitionis modum conceptare valent.

MENsura etiam regulatorum omnium in quibus veritatem atq; iustitiam inquirimus, principium quoddam actiuum esse iudicatur: hæc non

ea est

ea est qua practicis dūtaxat est nota geometris: sed qua rerum substantiæ atque proprietatum momẽta perpendimus: quáque fines rerum metientes, congruósque terminos statuẽtes, omnia definimus et circumscribimus. Metimur autem per effectus, actus, per actus habitus, per habitus potentias, per potentias essentias: per has tãdem essentiarum fontẽ inmẽsum nobis, esse iudicamus. Ipse est qui vere mẽsurat, quoniam cætera cõuerso ordine posteriora per priora metiũtur: ipseq; est mens, à qua denominatur apud nos mẽsura, & est ipsissima omnium mẽsura citra quam nulla adæquata alia reperitur. In ijs enim quæ distinguuntur in nihilo exquisita concordantia verificatur.

TERTIO DE QVATVOR directoribus.

23. AD oĩa nimirũ per Similitudinem, Proportionẽ, Ordinẽ, Symmetriamq; dirigimur.

SIMile aliud simile amat, alio simili gaudet, ad aliud simile fertur. Simile, simile excitat, mouet atq; trahit. Simile simili fit, est, atque cognoscitur. Similitudinibus ergo paratis omnia facimus: ijsdẽ comparatis omnia perficimus.

PROportione quatuor existentibus in dupliei genere terminis: sicut duobus similitudine collatis opere pretium est vti: haud n. solum res rebus sunt similes: sed & sicut illa ad alia pariter hæc adista sese ha-

ſeſe habere videntur. Ex proportione in rerũ ſpecie conſiſtentia, in earũ diſpoſitione pulchitudo, gratia in ſenſu, delectatio in ratione, & gloria in intelligentia enaſcitur.

ORdine chaos phyſicũ in pulchrũ mũdi ſpectaculum eſt digeſtũ. Ordine chaos intelligibile diſcurſũ methaphyſicũ mundũ ab æterno diſtrinxit, diſtinctumq; prabuit. Ordine chaos imaginabile in mũdum tertium vtriuſq; mundi precedentis ſimulacrum promouemus. Hic eſt contra caſum temeritatemq; continuus reclamator.

SYMmetria tandem conceptione ſola, q̃cumq; compoſitum, complexum, copulatum, mixtum, vnitum, ordinatum cognoſcimus. Quantumuis enim partẽ poſt partem, membrum poſt membrum, ſpeciem poſt ſpeciem diſtincte exterius, intimiúſque contemplemur: non tamen niſi harmonica cõſonanteq; collatione omnium ad omnia, vel ſaltem præcipuorũ ad præcipua perfecti rationem erimus adepti: nec conſequenter eam quæ in quadam habitudine conſiſtit partium eſſentiam. vnde optime illud. Qui intelligit, aut vnum, aut nihil intelligit. Velut ergo è peripheria innumerarum linearum tractus ad vnum punctum conferentes, circulum videmus: plurium membrorum ad vnum indiuiduum collatione fit vt ſtatuæ, arboris, campi, horti, ædificij, & cuiuſcumq; compacti percipiamus figuram: ita in obiectis rebus & propoſuis intentionibus adepta ſymmetria (hac enim quæ carẽt ſiue

res, ſi-

res, siue intentiones prosequtione indignæ censentur) facile ad quatuor nobilissimorum effectuum assequtionem promouebimus qui nunc enumerabuntur.

Quatuor exoptati effectus artis artium & sigilli sigillorum.

¶ INVENTIO. DISPOSITIO. IVDICIVM. MEMORIA.

FINIS.

Philothei IORDANI BRVNI NOLANI *EXPLICATIO TRIginta ſigillorum*

AD OMNIVM SCIENTIARVM *ET ARTIVM INVENTIONEM* DISPOSITIONEM ET MEMORIAM.

Quibus adiectus eſt ſigillus ſigillorum, ad omnes animi operationes comparandas, et *earundem rationes habendas maxime conducens*. Et non temere ars artium nũcupatur, hìc enim facilè inuenies quidquid per logicam, metaphyſicam, cabalam, naturalem magiam, artes magnas atque breues theoricè inquiritur.

perirent : per Italum alumnū, in ſepoſita Britannia, Gallicum, ipſumque regium, hoſpitium repperere. Vale illumque ſatis tibi alligatum ſcias cui Angliam in Italiam, Londinum in Nolam, totoque orbe ſeiunctam domum in domeſticos lares conuertiſti.

Ad

Ad excellentiſsi-

mum Oxonienſis achademiæ Procancellarium clariſſimos doctores atque celeberrimos magiſtros

(·.·)

PHILOTHEVS Iordanus Brunus Nolanus magis laboratæ theologiæ doctor, purioris et innocuæ ſapientiæ profeſſor. In præcipuis Europæ achademijs notus, probatus, et honorifice exceptus Philoſophus. Nullibi præterquam apud barbaros et ignobiles peregrinus. Dormitantium animorum excubitor. Præſũtuoſæ, et recalcitrãtis ignorantiæ domitor. Qui in actibus vniuerſis generalem philantropiam proteſtatur. Qui non magis Italum quam Britannum, marem quam feminam, mitratum quam coronatum, togatum quam armatũ, cucullatum hominem quam ſine cuculla virum: Sed illum cuius pacatior

nus altera contradictionis parte absona, prolata intelligant. Illudque in memoriam reuocent, nos haud tantum de propria scientia præsumere: quantum commotos esse amore manifestandæ imbecillitatis vulgatæ philosophiæ absolute credita tamquam demonstratiue probata obtrudentis: et per discussiones nostras (si illud a dijs dabitur) appareat, quantum regulato sensui respondeant, veritatique substantiæ rerum consonent quæ a plebeiorum philosophorum garriente multitudine tamquam a sensu aliena sunt improbata. Interim nolim vt quem admodum tempore diluuij asinorum stercora malis aureis dixerunt. NOS QVOQVE POMA NATAMVS: ita nunc cuilibet stulto et asino liceat in nostras positiones hic vel alibi, hoc vel alio modo prolatas obrudere: sed si qui eius sunt tituli, dignitatis, vel sufficientiæ: vt nostro congressu aliqua ratione non habeantur indigni, et quibus sine cõditionis nostræ dedecore respondere possimus: hominẽ promptissimum et paratissimum, per quem pondus virium suarum valeant experiri, comperient. VALETE.

PHILOTHEI IORDANI BRVNI NOLANI, TRIGINTA SIGILLI.

HAbes illustrissime & excellentissime Domine, Sigillorum 30. congeriem, quibus ad trutinam redactis inquisitio, inuentio, & retentio affabrè succedere valeant.

De Campo, qui primus est Sygillus.

Campus est primus Sigillus. Hic ex illis speciebus confletur oportet, quatrum simulachra in phantasicæ facultatis amplissimo sinu ideo continentur; vt iacta intẽtionũ, et phantasiabilium vniuersorum semina, in exoptatam messem promoueant. Hunc etiam quò nobis maximè subsit officiosus in eas distributum esse voluimus partes, quæ sensibiles, mediocris dimensionis, non excellentis nec diminutæ perspicuitatis, diuersæ, differentes, ordinatæ, congruentibus sepositæ, seiunctaque interuallis, ad humanorum brachiorum eleuatorum altitudinem, & extenctorum amplitudinem, adiectiuata, aximataue, exquisitarum for-

uarũ numero adcõmodata, iterũ iterũq; lustrata exist ant. Non vulgari tibi presidio erit emolumẽto, si affabrè ipsum, diuisionum portionibus distributum concipias, Sic Thalmutista Solymam in quattuor latera Orientis, Aquilonis, Austri, & Occidentis diuisam: primo eiusdem laterum singula ad duodenarium multiplicanda numerũ, in tres patriarcharum nominibus insignitas portas subdiuidit: móxque in atria duodecim, quorum singula domorum duodenarium complectuntur, quarum singula quattuor constant ordinibus, quorum quique duodecim adsummùm referunt cubilia, quæ tandem vel quattuor angulos, vel etiam in quattuor mediantibus lateribus intersituata recipiant, certo ingressum facit ordine.

De Cælo, Qui Secundus est Sigillus.

Quò cæli imaginum series insculpatur & ordo, Sphæra primum in quattuor circumferentiales angulos rectos duobus se circulis magnis intersecantibus diuisa, totidem distinctas æquales offeret portiones: quarum quæque perquisiti, inuenti, atque retinendi locum situmque ponit ob oculos. Quod si quadrantum singulos in geminas iubeat subsecare partes: omni procul dubio diuisionis multiplicato opere, fiet vt minus in proposito principaliore grauere. Ipsa quidem tribus magnis circulis se ad angulos rectos intersecanti-

secantibus delineata occurrens: octo circumferentialium triangulorum spacia suppeditabit aqualia, in quibus tu postea quid ad cuiusque basim, quid ad conum, quid ad laterum quæque positum sit, per dextri, sinistri, supernii, infernique differentias contemplabere.

De Cathena, Vbi Tertius est Sigillus.

Ordinatè quærenti per patrem ordinem; proles inuentio, inuentiq; retentio suppeditatur. Nè qua verò partes dissolutione desiliant, & quò ex vnius adeptione, alterius proximè consequentis adeptio prodeat: ita in sese complectentes ciclos commigrabunt: vt antecedentis in cauda, cāput explicetur consequentis. Sit id (vt fieri potest) in elementorum consequentia manifestū.
AB. BC. CD. DE. EF. FG. GH. HI. IK. KL.

De Arbore, Vbi Qvartus est Sigillus.

Si ea ratione simplices conceptus aggregaris, vt in ramos, ramusculos, frondes, flores, fructúsque repullulent: nihil prorsus interesse videtur si vti cathenam, siue vti arboris stipitem concepe-

ris. Eius progressum, & vsum coordinata vtvides insinuent elementa.



De Sylva, Vbi Quintus est Sigillus.

COeunt plurimæ arbores in Syluam. verò hæc connexionem quidem partium retinet: homogeneam verò, vniuocámque illarum seriem, ni transplantatæ in proprios specierum distinctarũ ordines digerantur, non admittit. Ac. cf. fg. gm. mk. kb. bd. dh. hf. fl. li. *Deinde in alia plaga aliter.* Bf. fk. km. *Et deinceps similiter in diuersis, aliisq; plagis, diuersimodè & aliter (cathena in arborem, & arbor in Siluam commigrantibus) ordinabuntur.*

De

De Schala Sev Gradibus, vbi sextus est Sygillus.

Schala haud alio quàm presenti elementarij gradatione hactenus inspectasit.

AB. Bc. cd. de. ef. fg. gh. hi. ik. kl.
AC. cd. de. ef. fg. gk. hi. ik. kl.
AD. de. ef. fg. gh. hi. ik. kl.
AE. ef. fg. gh. hi. ik. kl.
AF. fg. gh. hi. ik. kl.
AG. gh. hi. ik. kl.
AH. hi. ik. kl.
AI. ik. kl.
AK. kl.
AL.

De Inserente, Vbi septimus est Sigillus.

VT modo in hunc, modo in illam intendentes ordinem. hic arbori per cathenam, vel cathenæ per arborem, per campum, pérque hæc, ceteraq3 cæteris, omniaq3 omnibus adcurramus: rationabilis multiplexq3 causa nimirum efficiet. Innumerabilibus siquidem modis dum hæc illis, aliaq3 alijs succedunt, inq3 certam disponuntur speciem atque continuantur. per plures, vniuersósue Sigillos tua te solertia poteris ad concupita captanda premouere.

De Agricola, Vbi Octauus est Sigillus.

CErtus agricola si campum cuius est dominus non destituat; vix vnquam tua te fallet expectatio. Animam ratiocinantis perpetuò vnitam proprio subiecto, pro diuersarum formarum aduentantium occasione diuersimodè se gerentem, atque specierum quarumcumque productionem conuertibilem, longéque vinaciùs quam alibi institutum adiectiuum subiectum rerum nobis subministrantem occursum, agricolam appello.

De Tabvla, Vbi Nonvs est Sigillus.

PEr ordinatum elementorum combinatorium tabula perfici etiam alijs consueuerat. dum ab abstracto, ad accusatorem, ad aduersarium, ad aëreum, ad afflictum, ad agglomerantem, ad aheneum, ad Ayrolanum, ad altum, ad Amblarium, ad antropophagum, cateróque per filum sibi succedentes; suis casibus, atque gestis significatores, fieret accessio. Hic abstractus virentem complexus arborem; aduersarius dolore affectus, agglomerator congregans, diuersa mihi per ordinem insinuarunt accidentia.

AF

A F	Ab. cb. ib. ob. vb.	Ba. be. bi. bo. bu.
B G	Ac. ec. ic. oc. vc.	Ca. ce. ci. co. cu.
C H	Ad. ed id. od. vd.	Da. de. di. do. du.
D I	Ae. ee. ie. oe. ve.	Ea. ke. ei. eo. eu.
E K	AF. ef. if. of. vf.	Fa. fe fi. fo. fu.

De Compaginatore, vbi x. Sigillus.

Compaginator est qui distinctos campos a-triáue, ceu folia quædam segregata, seorsúmque posita, artificioso quodam nexu consuit: quod tunc sanè præstat cum agricolam, vel aliud adiectiuum, aliámue vtcumq; formam qua subiecti communis vnius erat extremum: alterius vbicũque positi (pro voto) principij inducẽ efficiat.

De Vexillo, Vbi xi. Sigillus.

Ideo vexillum dicimus quia pro exigentia vocis aut rei, ad idem referendum multos, paucósue; plures paucioréue valebis intelligere atque destinare. Hunc non vnus tibi inseruiat Plato, Aristoteles, & Diogenes neque vnus adsit Pyrrhonian⁹, Cynicus, & Epicureus, sed affines, similes, proportionaléq; multi.

De Zeuxi seu pictore, vbi xii. Sigillus.

Vis cum insigniis atq; circũstantijs astrictas imagines in subiecti partib⁹ plurimis, in quib⁹

quippiam inscribere possit ratiocinantis animus apposui. Sic mihi Teucri Babilonici imagines centum trium millium propositorum suppeditant lectionem.

De Phydia, Seu Sculptore, vbi xiii. Sigillus.

IN proprias sedes subiectum commune, atque totale distinxi: quæ quidem eadem in sui domo perpetuò immorantes imagines quasdam retineant, quò diuersorum peregrinantium attactu diuersimodè sonent. Ibi forma subiecto adueniens penes locales, situalésque differentias, nec non per varias partes et secundùm varias habitudines consideratos; consistentia per subsistētia quinque multipliçare faciet elementa. vel si subsistentis ibi perstare libeat elementi notam: fiet vt elementum quintuplex, per cæterorum elementorū signa formationem concupitam recipiat.

De Dedalo, Vbi xiiii. Sigillus.

QVod Phydias in verbis prestitit, in intentionibus, pêrque intentiones notatis rebus Dedalus exerceat. Organa igitur vtensiliaq; plurima instituit, quibus, in quibus, per quæ, ad quæ, & circa quæ, vel per cathenam, vel per arborem, vel per campum, vel per aliud quippiam ordinibus

nibus occurrentia certis, de instrumentorum centenario, operum eliciat centenarium, et de eorum numero, caterorum quorumlibet numerum consequenter.

De Propagatore, Sev personario. xv. Sigillus.

IN spexi atria quinque, de quorum primo prodibat homo; qui in secundo de capiti adaptabilibus vnum eligebat de pluribus. In certio de indumentis corporis vnum. In quarto determinatam sibi perscribebat operationem. In quinto certum de pluribus casum perpetiebatur. In sexto quemdã de multis adsistẽtibus hominẽ determinabat. In septimo puerum fœminã vel brutũ ad opus quoquo pacto cucurrens sortiebatur. quæ quidem omnia vel simpliciter, vel Phydia operibus complexè capta, ad quamtumlibet multipertitas, atque varias referendas complexiones: (& si libeat quandoque conceptus) conferunt.

De Numeratore, Qvi est xvi. Sigillus.

INter omnia, quid melius numero suppeditabit omniâ? non modo ex ipso, sed & ipse est intelligendi modus. Ipse omnia includit proportionabilia. Ipsum in omnibus, & in ipso omnia licet cõtemplari. Hic substantia quadam, rerúmque primum

mum exemplar est Pythagora. Hic in presentiarum non ordinem concipiendorum retinendorûmque modo: Sed & (si phantasiabilis effingatur) ipsas retentas atque numeratas obiectare valebit ordinatorum formas. Adsumat igitur diuersam, pro decadum diuersitate materiam, vt primam decadem det linum. Secundam Lana. Tertiam corium. Quartam lignum. Quintam lapis. Sextam Christallus. Septimam ferrum. Octauam es. Nonam argentum. Decimam aurum. Adsumat etiam differentes (pro diuersorum digitorum in decadibus diuersitate) formas vt Colũna vnitatem. Porticus dualitatem. Tripes trinitatem. Arca quaternitatem. Sedes quinarium. Mensa senarium. Altare Septenarium. Lectus Octonarium. Patibulum nouenarium. Arbor denarium adferat. Alijs pariter pluribúsque materijs, atque formis; eodem similiquè pacto diuersificatis, in innumerum numerata tibi extendere poteris subiecta.

	Lineus	3.	*Christallinus*	53.
	Laneus	13.	*Ferreus*	63.
TRIPES	*Coriaceus*	23.	*Æneus*	73.
	Ligneus	33.	*Argenteus*	83.
	Lapideus	43.	*Aureus*	93.

DE

De Centvrione, Qvi xvii. est Sigillus.

NOlani primam, Partenopæi secundam, tertiam Capuani, Salernitani quartam mihi centuriam conflauere; dum in primam de singulis centurijs decadem, perceptos amicos; in secundam imaginatos verosué fratres: in tertiam consiliarios: in quartam seruos: in quintam pueros: in sextam gubernatores: in septimam doctores: in octauam concionatores: in nonam aduersarios: in decimam condiscipulos conuenire conciperem. Huiuscemodi mihi rerũ significandarum subiecta, nunc quidem hic, nunc verò ibi: nunc hæc, nunc verò illa dispositione, motu, actu, habitu, atque circumstantijs informata (eorum me nullatenus ordine prætereunte) pro exigentia dilatandi, amplificandi, distribuendi, multiplicandiq; propositi, venere in vsum.

De Qvadrato Enciclio. xviii. Sigillus.

QVandoque dum ad latera quatuor stellarum primæ magnitudinis, alijs secundæ magnitudinis quatuor appositis, eâdẽ forma tertiæ magnitudinis quatuor accessissent: quaternariũ mihi primo migrabat in duodenarium. Secundo duodenariũ in 48. narium extendebatur. Tertio ni 48. narium in 192. narium amplificatum vniuersæ descriptioni deseruisset: vlteriora pari adtentassem serie.



De Binarii Circvlari enciclio. xix. Sigillus.

HAbet A *circa se* B & C. B *habet* D,E. C *habet* E,F. D *habet* G,H. E *habet* I K. F *habet* L,M. G *habet* N,O. H *habet* P,Q. I *habet* R,S. K *habet* T,V. L *habet* X, Z. M *habet* a,b. N *habet* c,d. O *habet* e,f. P *habet* g,h. Q *habet* i,k. R *habet* l,m. S *habet* n,o. T *habet* p,q. V *habet* r,s. X *habet* t,v. Z *habet* x,z.

De

DE COMPOSITO ET ELEMENTO. XX. Sigillus.

EPigramma, vel ode, denarium mihi numeratum referebat. Ipsa in proprias distincta partes, primò sectionum libros, mox librorum capita, capitum subinde portiones insinuabant: dum vniuersa generalisque materia raciotinatiuos discursus, ijq; suas mihi promerẽt propositiones atque sententias, à quibus quid impedisset quominus ad incomplexos terminos fieret adcessio? ODI itaq; primi. PROFANVM secundi. VVLGVS tertij. ET ARCEO quarti, in tertia ipsa diuisione, capitis intentionem patefaciebat. quibus sanè intentionum signis cum elementorum, vel primarum ex ijsdem compositionum significata accommodarentur: facillimus ingenio ad ipsarum intentionum partes patuit aditus. Odij expresso indicio operarius per O significatus odisset, odissetque per D significatus didascalus. & per I notatus iracundus, vel vnus alius de notatis iracundis (quorum modo hunc, modo alium pro ijsdem in eadem prima, vel secunda, vel tertia combinatione importunius repetitis elemẽtis) in vsum reuocabam.

Solertem hic me reddidit quandoque vrgens necessitas, vt vel elementa in composita migrare, atque extendi: vel hæc in illa perstringi, contrahique permitterem. Sic enim membrana proposita minus sufficiens scriptura, aliam sibi connecti re-

cti requirit: vel sonimium capacem angustari, decurtarique magis.

Formarum multiplicationē ita mihi quandoq; comparabam. Utpote cum semel mihi elementū vel combinatum per hominem mihi propositum significarit: mox vel per eundem aliter, aliterque insignitum; vel melius per operantem eiusdem nomenclaturæ alium, aut fœminam, aut brutum, aut inanimatum quippiam (quod ad idem, vel idem elementum figurandum significandūmque fuerat ordinatum) ipsum subinde consequens aucupabar.

Hic iam cum res rebus connecterentur; ne quasi in confusam corporis massam, membra coalescerent: capita quaque numeris illustrando, insigniendo. veluti inter cohortes, quæ non suū modò, sed & suorum ordinem efficacius referrent, prominentiora constitui.

De Rota Figvli, xxi. Sigillus.

DVarum preceptionum connexione quamoptimè succedens artificium adipisceris. Si inquam pro centū vel mille patribus, seu capitib⁹, cum suis natis, corporibus, atq; membris distinguendis, centū animata subiecta, aliqua de prædictis serie in ordinem digesta preapparaveris, in quibus de quo ratio est habenda, prosequutū negotiū intelligatur. Hæc vel numeratoris numeros aut alterius cuiusq; ordines percurrentia; capita in mē

bra,

bra, membraq; in proprios distribuent articulos. quid enim? nõ ne si de centũ hominibus successiuè singuli centũ diuersificata lustrauerint cubilia: decies tibi mille substernent intentiones; quas si duplicare cupias, sola totidem cubiliũ additione, vel hominũ multiplicatione perficies? Nonne et in ipsis, sicuti materia materijs subordinantur, ita & hominibus homines tamquã seruos, vel amicos, vel successores: vel similibus relationibus domos domibus, atriáque atrijs subijcere valebis? Numquid nõn & hæc vltima percepta vt varijs ordine quodam subiecta casibus, materiam tibi longe vberiorem, & ad inquirendum & ad inueniendum & ad retinendum suppeditabunt?

De fonte & speculo. xxii. Sigillus.

NOn dabitur omnib⁹ istã adire Corinthũ. Vnicã in vnico scientiã subiecto contemplabar. Eius.n. quot fuerant precipuæ partes, totidẽ præcipuæ ordinabantur formæ; quotq; secundariæ partium portiones, totidẽ primarijs secundariæ forma adnectebãtur. Ad instar igitur artis quæ Cabalisticus auditus intitulatur: non subiectorũ, prædicatum vtriusque generis, & quæstionum modos sed & actionum, & passionũ, organorũ, comitum, principum, & seruorũ certum mihi numerũ comparabam. Hæcque erant per quæ successiuè scietiarum, & aliarum facultatum particularia subiecta, tanquam per eadem afficienda deducebam.

Horum

Horum quidem signa per certa, determinata, inq; ordinem digesta loca dum præsentarentur: eorum significata pro nostro libito, eorúmque ratione meliore, ad alia atque alia conceptacula referebantur. Quod si propositis in quibusdam materia amplitudo, subiectique capacitas simplices formarum vicarias absorbuisset: nos illas inuicem commixtas, combinatas, ad subiecti expletionem repletionémque in innumerum etiam deduxissemus.

DE EMPIRICO.

xxiii. Sigillus.

AD varias domos varios referebam laborantes, eas inquam domos, in quibus horti, horrea, apoteca, ypocausta, coquinæ: in quib⁹ olera, fruges, condimenta, balnea, cibi preparabũtur atq; potus. Hic etiam in angustiore, pro rei exigentia, spatio cuique necessaria et ad quemque conferentia promptius occurrebant. Haud tamen pro numeri mensuraeq; cuiusque ratione minimè dissimulanda, solertia studiosa non prouidente. Ibi verò seorsum ab ædibus extabat atrium, vbi malè suada fames & turpis egestas, luctus, & vltrices posuere cubilia curæ, quæ quidem omnia ideò per hortos & pomeria physicorum, magorum circuitus & Dedaleas manuducebantur officinas: vt ijsdem proficua atque conuenientia euellerent, decerperent, legerent, caperent, atque cõpararent:

Sic

Sic enim talibus freti muneribus qui ripæ vlteriοris tenebantur amore, triſtes ſtygis vndas tranſuadentes, in fortunatos incolumitatis campos appellebant.

DE ALEA. xxiiii.

Sigillus.

SIquidem aleæ nullus apud empiricum, fontẽ, ſpeculum, figulum, cæteráque: nec in campo, nec in cælo, nec in excicliis, cæteriſque locus vacat: machinati ſumus hæc vlteriora quæ talibus valdè videntur adcommodata, quæ nedum moram repetendarum ſedium non patiuntur: ſed & in ordine proijcientium incerta, indefinita, inconſtantiaque exiſtunt. Ita igitur principio prouidebam, vt proiectorem Pontificis, Mortis, Lemuris, Dæmonis, Fortunæ; mitratus vngeret, falcigera feriret, corniger pulſaret, tibicen obtunderet, rota premeret. quæ omnia alijs munita functionibus, in ſequentibus concurſibus in proiectores afficerentur. Deinde diuerſa diuerſis deſtinabantur conflictibus triclinia: quorum ſingula quattuor animata continentia ſubiecta, ex eorundem accidentibus quattuor colludentum proiectiones adſignificarent, dũ ſuis vicibus hic rex ſceptrum collocat, ſenex cubat, mors emetit, regina comprimitur. Ibi verò & alibi regina, mors, ſenex, rex atque cæteri, ſimiliter aduentant, atque aliter. Neſcio an

an minori effectum fuerit sagacitate, vt decem vel plurium conflictuum ordine Mors primo decaluans, 2. obcacans, 3. edentans, 4. suffocans, 5. iugulans, 6. confodiens, 7. euiscerans, 8. castrans, 9. manus amputans, 10. prosternens inducatur. Fortuna primo coronet, 2. clarificet, 3. propinet, 4. intorqueat, 5. inauret. 6. palliet, 7. infarciat, 8. connubat, 9. annulet, 10. insoliet. Caterique similis propria compleant ordine denaria.

De Cælo, Qvi xxv. Est Sigillus.

Erat mundana aeternitatis figura. Circumgirantis terra typus. Ducrum sibi vltro, citróque obsistentium principiorum nota, cateraq; complexarum intentionum quamplurima delineationes atque descriptiones. Harum cum singulas inspexissem: in campum vel centurionem, vel aliud quippiã, in quo aduersantũ collimantiũ iaculis minimè deperdendis obiicerentur referebam. Aduersus ergo terra vertiginem erat quod Oceanum interea surgens aurora reliquit. *Pugnabat contra anima in mortalitatem quod* Formosum pastor Coridon ardebat Alexin. *Ibi* Oceanum *magnitudinis,* Interea *naturalis facultatis,* Surgens *lunaris Symboli,* aurora *veligere, remitaq; ratis,* reliquit *indigentia mediũ referebãt. Hic* Formosũ *instabilem, continuoq; variabilem concipiebam.*

Pa-

Pastor *se mihi dissolubilem obiectabat.* Coridō *corporeo mancipatus aderat specimini, quod* ardebat *contrariorum exprimebat concursum.* Alexin *passiua materialisq; potentia obtinebat. Quandoque verò vbi iaculator idem in plures diuersasque veritatis turres argumentorum tela intorqueret: iuuabat non in oppugnandorum castrorum, sed impetentium arietum & volitantium iaculorum ordinem respicere. Curabam vt in eodēcampo ordinatè sui ictus suos scquerentur nūc in istud, nūc verò in illud collineantes iaculatores. Hinc mundū aternum referebat quod* Oceanū *quattuor autem aduentantium telorum, primum quod* Interea, *secundum quod* surgens, *tertium quod* aurora, *quartum quod* reliquit. *Iacula in animæ immortalitatem, caput metri succedentis consequebantur.*

De Circeis Campis, Horatis, & antris. Hor. xxvi. Sigillus.

Facilè visa species cum figura, formáq; quæ circa est, sensus interioris occurrit facultati, facillimè vel possumus locum certis destinare speciebus; vel certas locis species ita addicere, vt cū fuerit opus, qualitatis eiusdem ratio, de eiusdem ad determinatum locum relatione, designata prodeat. Hinc euenit, vt sensibilibus speciebus effigiatos numeros, omnibusquè locis iuxta specierum pluralitatē pluribus adscriptos experimur ab opere grauiore maximè naturalē releuare facultatē.

Vt si in Rota (quam fortunæ appellant) Itali ad denarium, Galli ad vigenarium, Hispani ad trigenarium numerum referantur, quorum particulares certis insignijs, actibúsue decadum partes insinuent: etiam si non vt subsequens regulata multiplicatione quattuor numerorum constet differentijs. Circaa etenim manus, e regionibus variis, varias simplicium decerpit, euellit, colligitq; species.



DE

De Peregrino, Qvi
xxvii. Sigillus.

DEcẽ cõmunia ſubiecta potenti varietate formata quandoque inſtitui, quorum ſingula 24. vel plura, vel pauciora partialia complecterentur: vt hæc ipſa primus perluſtrans peregrinus ita occurrentibus vtenſilibus ſe gereret, et afficeretur; vt me ad alicuius primi ordinis vel contemplationem, vel inquiſitionem, vel habitum promoueret. Pariter ſecundi ſecnndus, tertii tertius, & ita deinceps cæterorum cæteri, quibus ad vniuerſa opera, manus admouentibus, non eſt adeò prolixum variúmque propoſitum, quod vel intentionum cathena, vel circumſtantiarum appoſitione, vel ſocio, ſeu vicario ſuccedente non attingant, exæquent, vel exuperent. Hinc Ariſtoteles aliter in ſubiecta affectus, quàm Plato fuerit: alia vel per ſe, vel per comitem enunciabit. Secus item Phyſicus, ſecus Logicus, ſecus Metaphyſicus aderit. Quod ſi capiuum ſignificatiua partialia ſubiecta in proprias libeat reſoluere portiones: hominem taliter affectum, vel agentem, ad aliud ſubordinatarum manſionum commune ſubiectum referas, in quo ſignificatiuas impleat functiones. Si verò & partium exigas particulas: domum domo; campum campo; theatrum theatro ſubordina: vti Iuris periti libri in titulos, titulis in leges; leges in § §. reſoluuntur.

Peregrinatur Aristoteles per atrium primum.
A.B.C.D.E.F.G.H.I K.

A. Ipsum deducitur per atrium secundum.
a.b.c.d.e.f.g.h.i.k.

a. ipsum commigrat per atrium tertium,
I. ii. iii. iiii. v. vi. vii. viii. ix. x.

I. discurrit per atrium quartum.
1. 2. 3. 4. 5. 6. 7. 8. 9. 10.

De Clavstro Cabalistico & Templo. xxviii. Sigillus.

Habes duo & viginti claustra atque templa, vice duorum & viginti elementorum quorum singula 22. sedibus quas recipiunt, totidem eademq; dabunt eodem ordine, quæ dabant elementa. a quibus si ad 22. artes, & artium singularum 22. gestus procedatur: trium, quatuorne radicalium vires delitescent.

A clau-

A clauſtrum Regis.
B clauſtrum principis.
C clauſtrum ducis.
D clauſtrũ comitis.
E clauſtrum præſidis.
F clauſtrum iudicis.
G clauſtrum conſiliarij.
H clauſtrum ſenioris.
I clauſtrum actoris.
K clauſtrum ſecretarij.
L clauſtrum ſatellitis.
M templum Põtificis.
N templũ ſacerdotis.
O templũ prophetæ.
P templũ doctoris.
Q templũ lectoris.
R templũ cantoris.
S templum ſacriſtæ.
T templum lapadarij.
V templum corbonarii.
X templum oſtiarij.
Z templum cuſtodis.

IN clauſtro regis A ſunt 21. reges, quorum B degradatur in principem. C in ducem. D in comitem. Cæteri ſimiliter in cæteros. In ipſo degunt aurifices vno actionis genere, & 21. ſpecialibus operibus. In clauſtro principis B ſunt 21. principes, quorum A exaltatur in regem. C exaltatur in Ducem. D degradatur in Comitem. E in Præſidem. cæteríque in cæteros. In clauſtro ducis C ſunt 21. duces, quorum A exaltatur in regem. B in principem. D in Comitem degradatur, cæteríque ſimiliter degradantur vel mutantur. In ipſo ſunt impreſſores. In clauſtro comitis D ſunt 21. Comites, quorum alij exaltantur, alij degradantur, alij mutantur in templarios. In ipſo ſunt ferrarij 21. operationibus.

In clauſtro præſidis E cum 21. præſidibus exaltatis, mutatis & degradatis, ſunt ſtabularii. Similiter in clauſtro iudicis, in quo milites. In clauſtro conſiliarii, in quo fullones? In clauſtro ſenioris, in quo bibliopolæ In clauſtro actoris, in quo muſici. In clauſtro ſecretarii, in quo barbitonſores. In clauſtro ſatellitis, in quo crepidarii. In clauſtro Pontificis ſunt 21. pontifices, quorum A mutatur in Regem, B in Principem, C in Ducẽ, cæteriq; in cæteros. In ipſo degunt Cauponæ cum 21. operibus. In templo Sacerdotis ſunt 21. Sacerdotes, quorum A exaltatur in regem, B mutatur in principem, C in ducem, D in comitem, aliiq; in alios. In ipſo ſunt pincernæ. In templo prophetæ 21 prophetæ, quorum A coronatur in regem, B in principem. &c. In ipſo ſunt laniones. Ita modo ſuo cogitandum. In templo doctoris, in quo paſtores. In templo lectoris, in quo agricolæ. In templo cantoris, in quo olitores. In templo ſacriſtæ, in quo luſores. In templo corbonarii, in quo magi. In templo lampadarii, in quo lictores. In templo oſtiarii, in quo pictores. In templo cuſtodis, in quo voluptuarii.

De Combinante, Qui xxix. Sigillus.

Tria hæc combinationum genera proponuntur, quorum primum habet conſiſtens elementum quod alterum perſiſtens præcedit. Secundùm

eundùm contrario se habet ordine. Tertium est, in quo inter antecedens atque consequens adsistens liquidatum, vel illiquidatum medium persistens suscipitur aliud. Nulla quidē in primi secundique formatione difficultas apparet. In tertio verò taliter instituimus, vt quintuplici situs differentia quintuplex persistens medium in sequenti combinatorio capiatur.

Bb. bc. bd. be. bf. bg. bi. bk. bl. bm. bn. bns. bnt. bp. br. bs. bt. bv. bx.
Cb. cc. cd. ce. cf. cg. ci. cl. cm. cn, cns. cnt. co. cp. cr. cs. ct. cv. cx.

Simile iudicium est de cateris elementis combinandis: In operatione quoque, quintuplici operis locali differentia prouidendum duximus. Sicut primo combinatorio differentia triplex liquescentia L R N insinuabat.

Primi generis combinatorium in imaginatis 22. fratribus perficiebatur, quibus quintuplex adueniens differentia concomitans promebat elementum. Secundi generis combinatorium in imaginatis quinque amicis qui 22. qualitatibus vel circumstantijs adfecti secundum combinationis notabant elementum. Tertij generis primus ordo fiat de deuinctis. 2. de agrotis. 3. de claudis. 4 de cecis. 5. de barbiferis. 6. de signatis. 7. de atris. 8. de candidis. 9. de luuidis. 10. de mundis. 11. de calebibus. 12. de yinalibus. 13

de

de officiosis, 14. de gloriosis: quibus habetur signũ prioris in combinatione elementi. Ad secundum verò combinationis elementum promptius habendum. Ad A pertineant onagri. ad B Boues. ad C lunatici. ad D magi. ad E inuidi. ad F fures. ad G guloſi. ad I iracundi. ad L ſuperbi. ad M ſimulatores. ad N mercuriales. ad O libidinoſi. ad R canini. ad S ſerpentini. ad T homicida. ad V ocioſi. ad X caſtrati. ad Z tortuoſi.

Combinatorium primum in negotiis hortenſibus ruralibúſque in quinque diſtributum genera verſatur. aut enim circa olera, aut circa vineas, aut circa ſegetes, aut circa fructus, aut circa ligna perficitur: vt alia ad primum, alia ad ſecundũ, alia ad tertium, alia ad quartum, alia ad quintũ ſubſiſtens referantur.

Combinatorium ſecundum totidem ſuppoſita, exigit pro totidem combinatoribus deſignãdis, In quinque igitur genera diſtribuantur. vt hæc quidem circa cibum, hæc circa indumentum, iſta circa ornatum, iſt hæc circa ædificia, illa circa ædificiorum verſentur ornamenta.

Combinatorium tertium, quattuordecim combinationum continet ordines, quarum prima verſetur circa muſicales actiones. 2. circa ſtudioſas. 3. circa metalla. 4. in lapidem. 5. in merces. 6. in luſus. 7. in militiam. 8. in iudiciariam. 9. in ſacrificia. 10. in medicinã. 11. in vecturam. 12. in latrocinia. 13. in magica. 14. in ligameta.

Reſtat de duobus ſubſiſtentibus combinatorium.

Aa Ea Ia Oa Va
Ae Ee Ie Oe Ve
Ai Ei Ii Oi Vi
Ao Eo Io Oo Vo
Av Ev Iv Ov Vv

PRimi combinatorij *Hortensia negotia Ba. Ca. Da. Seminum eductio, ventilabrum, cribrum, puluis, semen, planta, fasciculus, lapis, canistrũ, lympha, ligo, iuncus, asellus, vncini, scopa, linea, testa, flores. Vinitoris gesta Be. Ce. De. Plantatio, extirpatio, collectio, calcatio, pressio, occatio, putatio, vindemia, pali, fasces, frondes, corbes, vtres, vinacia, faeces, asellus, vtres, dolium, vinum. Frugum conditiones Bi. Ci. Di. Satio, aratio, trituratio, euẽtilatio, area, falx, currus, manipulus, saccus, asinus, cribrum, vomis, excussorium, stimulus, iugum, aratrum. Arborum, tractatio Bo. C. Do. extirpatio, plantatio, putatio, insitio, incisio, coniugatio, lectio, excussio, rigatio, subtensio, oneratio, exoneratio. sporta, lapis, fouea, fructus. Lignorum contrectatio, Bu. Cu. Du. truncatio, sectio, decorticatio. serra, fascis, pyra, dola, securis, lectus, sedes, mensa, archa, solium, altare, columna, tabula, tabulatum.*

Secundi combinatorii. Circa cibum sunt Ab, Ac, Ad, olla, sartago, cacabus, craticula, veru, patella, ignis, mensa, pincerna, pistor, pastillarij, vomens,

fran.

frangens, comedens. Circa indumẽtum Eb. ec. ed. Linum. filum, tela, vestis. tundit, mundat, filat, conuoluit, orditur, texit, scindit, suit, expulserat, plicat, dilacerat, induit, exuit, cardinat. In corporis ornatum. Ib. io. id. Manus, facies, caput, pedes, dorsum, barba, vnges, digiti, pecten, speculum, scopa. In ædificia Ob. oc. od. Arena, lapis, calx, picus, marra, scalprum, schala, fulchrum, ruina, fundamentum, paries, tectum, trabs. In ædificiorum ornatum, vb. vc. vd. gypsum, color, frondes, tapeta, aurum, papirus, puella.

Tertij combinatorij Musicus Bc. Campanola, timpã, cornu, cythara, testudo, lyra, tibia, crepitaculum, vrceus, trenula. Studiosus Cb. compaginatio, scriptura, lectio, ordinatio, euolutio, mathesis, physis, grammatica, logica, rethorica. Minerarius Db. tundit, cudit, limut, contundit. ignis, aqua, folles, folliculus, lima, incus. carbo. Lapidarius Fb. excauat, frangit, iacit, leuigat, tingit, struit, concoquit, attollit, ordinat, scalpit, portat. Mercator Gb. Olera, triticum, linum, pannum, vasa, oleum, cultri, panes, vina. Miles Id. lorica, basta, ensis, pugio, catapulta, arcus, balista. Iudex Lb. apprehensio, examinatio, consilium, tortura, iudicium, manica, compedes, flag. auricula, manus, laqueus, rota, ignis. Sacerdos Mb. orat, benedicit, accendit, lustrat, sacrificat, baptizat, exorcizat, excommunicat, communicat, cadit, offertorium, crux, idolum. Lusor Nb. paxilli, aleæ, trochus, palus, saltus, lucta, pila, calculi, saltus, cursus. Medicus Pb vulsus, sanguis, ignis, oleum, terra, pharmacum,

extenctio, cubatio, fricatio, expurgatio. Vector Q b. archa, dolium, lectus, lagena, corbis, currus, liber, senex, vetula, puer. Latro R b. percutiens, nudans, ferions, torquens, puella, galerus, porcus, ouis, pallium, crumena. Magus. S b. Signum, thus, nodus, holocaustum, imago, lemur, ignis, baculus, thus, lymphæ lustrales, pentagonus. Pastor. T b. pera, baculus, lana, lac, lupus, ouis, canis, capra, bos, porcus. Venator. V b. Caper, vulpes, cornu. aper, cervus, canis, vrsus, leo.

Adistorum numerum si tamquam semimathematicalia subiecta velis variè per artificium efformata referre, non modicum videberis lucratus. Habeat igitur Musicus multiplicem archam, studiosus tabulatum multiplex. Minerarius multiformem lectum, caterique variè efformata mensam, altare, sedem, brutum, fœminam, vas, offendiculum, obicem, cateraq; quibus appositis idem quod animata designant, consignificetur. Adde ad optimum vsum siue radicalium punctorum, siue pluriũ cæterorum huiusmodi, istam subsistentium elementorum cum subsistentibus alijs elementis combinationem. Instituebamus enim iuxta radicalium significatores quinque adsistentium genera, qua vel 25. differentiales sibi species adsciscerent. Vel de quinque materijs 25. formas educerẽt. Extabãt igitur absoluta quinque, A E I O V. qua modica differentia se magna prodere poterant aut parua. Subindéq; ad duplicis consequentis punctuationis expressionem duobus aliis adnectebantur singula cæterorum quattuor. sicut iisdem A primũ adnexum vides.

Aaa	Aea	Aia	Aoa	Aua
Aae	Aee	Aie	Aoe	Aue
Aai	Aei	Aii	Aoi	Aui
Aao	Aeo	Aio	Aoo	Auo
Aau	Aeu	Aiu	Aou	Auu

De interprete, qui xxx. est Sigillus.

INterpreti primò ad elementorum numerũ viros 22. sigillatim referendos decreui. Secundò illorum singulis atria, vel domos 22. quas denominarent adtribui. Tertiò atriorum vel domorum singula in sex cubilia, quæ ordine quodam 22. nariũm complerent tertiũ distinxi: vt virum in quibuscũq; cubilibus repertũ, trium semper elementorum ex loco quidẽ præsentatorem; exactiuo autẽ, passiuo, neutroq; gestu significatorem efficerem & interpretem. Figuram quoque instituì, in qua primò ex atrij nomine, 2. ex nomine cubilis. 3. ex nomine præsidis inspecto, tria designata inspicerẽ radicalia: Ipsa quidem quadrata est, & 22. ordinibus in 22. partes diuisis constans: in quibus nota diametraliter appositæ per planum ad dextrũ, sinistrũque relatæ: ipsum quod primũ in atrio supponitur elementũ notant: sursum vero atq; deorsum ascensu descensuq; respicientes; secundum, quod a singulis cubilium desumitur elementum designãt. Singularis vero nota quæ in figuræ margine cernitur adfixa, præsidem virum refert. Ibi vel à cubilis intentione, ad intentionem atrii & præsidis, vel ab intentione præsidis, ad intentionẽ atrij & cubilis. Vel ab atrio, ad cubile & præsidẽ. Vel à cubili, ad præsidem & atrium. Vel a præside, ad cubile & atrium. Vel ab atrio, ad præsidem et cu

bile procedere valens; non modo tibi interpretem comparabis, sed & maiorum omniumq; (si quos habet cabala) mysteriorum scrutatorem, contemplatoremq; te poteris efficere.

Non minus exquisitam ad captandum interpretem denuó comperi rationem. Quandoquidẽ trecentæ & septuaginta septem de primis duabus radicibus combinationes agnoscunt Cabalistæ: iccirco totidem viros earũdem significatores certa serie instituí: iisdemq; propria atria, domos, & cubilia in tot partiales distributa sedes destinaui: quot ipsi pro tertia designanda radice susciperent operationes. Quod vt firmius præstarẽ, & accuratius; talia perpetuó sedibus adieci: qualia designandum elementum referre valeant. Ad vniuersalẽ autem interpretem. Viris, virorum insignijs, insignitorum actionibus, agentiũ adsistensibus atq; circumstantibus: ordinatum (prout idiomatis exigit ratio) combinatorium perfeci: quibus seduló expeditis; patriam in qua actionum suppositæ de primo in secundum actum prodirent elegi: ibidemq; ad locum proprium, agentem, actionem, actumq; cõtrahens, ex adiectiuè vel substantiuè: antecedenter, vel consequenter, vel concomitanter appositis: substantiam vel accidens, rem vel intentionem, actionem, vel passionem: vel aliam quamcumque referendã intentionem ob oculos apponere noui.

Triginta formarum non sensibilium, de sensibilibus deductiones.

PRæpositis adde, quod naturales, vel in naturalibus perarte effinctæ forma, de externo in internum sensum

ſenſum irrepentes, & accurata quiditate, magnitudine, multitudine, habitu, diſpoſitione, affectione, colore, forma, figura, habitudine ad ſubiectum, ad continens applicatione, actiuitate per omnia, motiuitate in alia, mobilitate ab aliis, ordine ad alia, ſituatione cum aliis, nec non aliorũ poſſeſſione, conſiſtentia, circumſtantia, & adſiſtentia excogitata: triginta modis alia deducuntur ex alijs, quorum quindecim ſimplices, totidẽ verò conuerſiui exiſtunt.

Primum quindenarium. 1. de habitu externo, in internum habitum. 2. de operatione, in facultatem atq; potentiam. 3. de medio & finito, in extremum & infinitum. 4. de inſigni, in inſignitum, 5. de hieroglyfico, in ſuũ connotatum. 6. de methaphorico, in ſuum naturale. 7. de inſtrumento, in artificem. 8. de habente in poſſeſſum. 9. de locato, in locum. 10. de contemporaneo in tempus. 11. de modificato, in modum. 12. de ſpecie, in genus. 13. de proferente, in prolatum. 14. de verificante, in verificatum. 15. de accidente in ſubſtantiam.

Secundum quindenariũ. 1. de propria paſsione in ſubiectum. 2. de ſimili in conſimile. 3. de proportionale in comproportionale. 4. de relatiuo, in correlatiuum. 5. de effectu, in cauſſam. 6. de continente, in contentum. 7. de parte, in totum. 8. de ſubalternato, in ſubalternans. 9. de contrario, in contrarium. 10. de principali, in reductiuum. 11. de antecedente, in conſequens. 12. de concomitante, in comitem. 13. de commutante, in mutatum. 14. de inuertente, in inuerſum. 15. de capitis additione, diminutioneq;, in corpus.

א
ב
ג
ד
ה
ו
ז
ח
ט
י
כ
ל

ſenſum irrepentes, & accurata quiditate, magnitudine, multitudine, habitu, diſpoſitione, affectione, colore, forma, figura, habitudine ad ſubiectum, ad continens applicatione, actiuitate per omnia, motiuitate in alia, mobilitate ab aliis, ordine ad alia, ſituatione cum aliis, nec non aliorū poſſeſſione, conſiſtentia, circumſtantia, & adſiſtentia excogitata: triginta modis alia deducuntur ex alijs, quorum quindecim ſimplices, totidē verò conuerſiui exiſtunt.

Primum quindenarium. 1. de habitu externo, in internum habitum. 2. de operatione, in facultatem atq; potentiam. 3. de medio & finito, in extremum & infinitum. 4. de inſigni, in inſignitum, 5. de hieroglyfico, in ſuū connotatum. 6. de methaphorico, in ſuum naturale. 7. de inſtrumento, in artificem. 8. de habente in poſſeſſum. 9. de locato, in locum. 10. de contemporaneo in tempus. 11. de modificato, in modum. 12. de ſpecie, in genus. 13. de proferente, in prolatum. 14. de verificante, in verificatum. 15. de accidente in ſubſtantiam.

Secundum quindenariū. 1. de propria paſsione in ſubiectum. 2. de ſimili in conſimile. 3. de proportionale in comproportionale. 4. de relatiuo, in correlatiuum. 5. de effectu, in cauſſam. 6. de continente, in contentum. 7. de parte, in totum. 8. de ſubalternato, in ſubalternans. 9. de contrario, in contrarium. 10. de principali, in reductiuum. 11. de antecedente, in conſequens. 12. de concomitante, in comitem. 13. de commutante, in mutatum. 14. de inuertente, in inuerſum. 15. de capitis additione, diminutioneq;, in corpus.

א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ


א 1
ב 2
ג 3
ד 4
ה 5
ו 6
ז 7
ח 8
ט 9
י 10
כ 11
ל 12
מ 13
נ 14
ס 15
ע 16
פ 17
צ 18
ק 19
ר 20
ש 21
ת 22

1 2 3 4 5 6 7 8 9 10 11 12 13 14 15 16 17 18 19 20 21 22 23


22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1
ת ש ר ק ץ פ ע ס נ מ ל כ י ט ח ז ו ה ד ג ב א
א ב ג ד ה ת ר ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת


22 21 20 19 18 17 16 15 14 13 12 11 10 9 8 7 6 5 4 3 2 1
א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת
א ב ג ד ה ו ז ח ט י כ ל מ נ ס ע פ צ ק ר ש ת

Philothei
IORDANI
BRVNI NOLANI
EXPLICATIO TRIginta ſigillorum

AD OMNIVM SCIENTIARVM ET ARTIVM INVENTIONEM DISPOSITIONEM ET MEMORIAM.

Quibus adiectus eſt ſigillus ſigillorum, ad omnes animi operationes comparandas, et *earundem rationes habendas maxime conducens.* Et non temere ars artium nũcupatur, hìc enim facilè inuenies quidquid per logicam, metaphyſicam, cabalam, naturalem magiam, artes magnas atque breues theoricè inquiritur.

Sigillo Sigillorum.

PRocede magne liber, quem non magnũ
Reddit conferta densitas uoluminum.
Nusquam contẽnens paupertũ tugurio
Diuertito ad superbas fores principum.
Tu non minister cruentorum numinum
Cunctis sedati fructus gerens animi,
Nulli abigendus, acceptandus omnibus
Præterquam diis genijs mysantropon,
Incæde tutus et in oras Hesperi,
Oppositique in partes perge Bosphori,
Extremosque axis mundi inuersi cardines.
Officiosum cunctis, nulli noxium
Cum sensus lassus abiget ensiferos
Non te repellet mundus serò sapiens.

P. IOR.

P. IOR. BR. NO.

ILLVSTRIS-SIMO DOMINO

MICHAELI A CASTELlo nouo, *Domino Mauuisserio, equiti aurato, Inter nobiles domesticos regis vni, quinquaginta equitum grauis armaturæ capitaneo,* Priuati consilij consiliario, gubernatori vrbis et arcis sancti desiderij, legato christianissimi regis apud serênissimam Angliæ Reginam.

MVsarum partus iste non ignobilis in tua celeberrima aula editus, tibi illustrisime domine sacratur: vt qui mihi debent musis debere; qui musis debent, et tibi earundem perpetuo fautori et protectori deuinctos esse cognoscant. Ipsæ etenim quibus omne solum patria, ne alicubi haberen tur peregrinæ, seque extraneas esse com-

 perirent

perirent : per Italum alumnū, in ſepoſita Britannia, Gallicum, ipſumque regium, hoſpitium repperere. Vale illumque ſatis tibi allig atum ſcias cui Angliam in Italiam, Londinum in Nolam, totoque orbe ſeiunctam domum in domeſticos lares conuertiſti.

Ad excellentiſſimum Oxonienſis achademiæ Procancellarium clariſſimos doctores atque celeberrimos magiſtros

(·.·)

PHILOTHEVS Iordanus Brunus Nolanus magis elaboratæ theologiæ doctor, purioris et innocuæ ſapientiæ profeſſor. In præcipuis Europæ achademijs notus, probatus, et honorifice exceptus Philoſophus. Nullibi præterquam apud barbaros et ignobiles peregrinus. Dormitantium animorum excubitor. Præſũtuoſæ, et recalcitrãtis ignorantiæ domitor. Qui in actibus vniuerſis generalem philantropiam proteſtatur. Qui non magis Italum quam Britannum, marem quam feminam, mitratum quam coronatum, togatum quam armatũ, cucullatum hominem quam ſine cuculla virum: Sed illum cuius pacatior

ciuilior, fidelior, et vtilior est conuersatio diligit. Qui non ad perunctum caput, signatum frontem, ablutas manus, et circũcisum penem: sed (vbi veri hominis faciem licet intueri) ad animum, ingenijque culturam maxime respicit. Quem stultitiæ propagatores et hypocritumculi detestantur, quẽ probi et studiosi diligunt, et cui nobiliora plaudunt ingenia. Excellentissimo clarissimoque Oxonienſis achademiæ procancellario vnà cum præcipuis eiusdem vniuersitatis, salutem plurimam dicit.

EXtant (prestantissimi domini) qui cum satis perspectum habeant, quod et nos non negamus, sapientiam huius mundi stultitiam esse apud Deum: speculatiuas omnes disciplinas abhorrentes, nihil studeant. Cum satis receptũ sit apud eosdẽ opera iustitiæ nostræ esse veluti menstruata, et per illa neminem coram Deo iustificari: nihil boni faciunt. Interæ tamen ne improbi et ignorantes habeantur, repente sine studio docti efficiuntur, iuxta illud. Abscondisti hæc a sapientibus et prudentibus et reuelasti ea paruulis. Item sine proprijs bonis actibus

bus probi redduntur, iuxta illud. Tu es iustitia mea ò domine. Facinorosissimi quoque, in sanctos, mundos, atque puros transformantur, iuxta illud. Candidi facti sunt in sanguine agni. Stulti tandem, ignobilissimi et infames, nullum sibi præferunt nobilitatis genus, iuxta illud. Vos estis genus Dei electum et regale sacerdotium. Tales sanè parvulos, iustos, puros, candidos, electos, reges, sacerdotes, et semideos qui nostram simplicitatem ad animi centrum vsque confodere valerent, magis ipsa morte formido: ideo ne eiuscemodi genus aliquo in me æquo, et iure congrediatur: illud coram excellentia vestra protestor, quod dum adinuentionum nostrarũ fructus adferentes, vtillimas omnibus animi functionibus præceptiones adducimus: vbi pro earundem ratione atque praxi comparanda, ad Pythagoræ, Parmenidis, Anaxagoræ, meliorumque philosophorum sententias probandas, vel ad proprias, nouasque positiones adducendas dilabi videbimur: si hæc communi probatæque fidei obstare videantur: ea ipsa a nobis non tanquam absolutè vera: sed vt sensui, nostræque rationi magis consona, vel saltem minus

nus altera contradictionis parte absona, prolata intelligant. Illudque in memoriam reuocent, nos haud tantum de propria scientia præsumere: quantum commotos esse ab amore manifestandæ imbecillitatis vulgatæ philosophiæ absolute credita tamquam demonstratiue probata obtrudentis: et per discussiones nostras (si illud a dijs dabitur) appareat, quantum regulato sensui respondeant, veritatique substantiæ rerum consonent quæ a plebeiorum philosophorum garriente multitudine tamquam a sensu aliena sunt improbata. Interim nolim vt quem admodum tempore diluuij asinorum stercora malis aureis dixerunt. NOS QVOQVE POMA NATAMVS: ita nunc cuilibet stulto et asino liceat in nostras positiones hic vel alibi, hoc vel aliomodo prolatas obrudere: sed si qui eius sunt tituli, dignitatis, vel sufficientiæ: vt nostro congressu aliqua ratione non habeantur indigni, et quibus sine cõditionis nostræ dedecore respondere possimus: hominẽ promptissimum et paratissimum, per quem pondus virium suarum valeant experiri, comperient. VALETE.

Figura ſigilli ſigillorum pro deductione et multiplicatione ſubiectorum et formarum



Ad cælum quod eſt ſecundus
ſigillus



Ad cathenam vbi tertius
est sigillus.



Ad quadratum encyclium qui
est xviii sigillus



Ad binarij encyclium qui
eſt xix ſigillus





Ad rotam ſiguli quæ eſt
xxi ſigillus

Ad peregrinum qui
est xxvi sigillus



Ad xxix ſigillum



3307